




**Necessaria et vera responsio, firmaque refutatio, opposita
criminationibus & insimulationibus vaniſsimis, quibus
Illustriſsimus & Illustriſimi generis Princeps et Dominus DN.
Augustus Dux Saxoniae Elector etc. et Burgravius
Magdepurgi, contra omnem veritatem, et absq[ue] ullis
firmamentis, praeterq[ue] culpam & meritum, à Duce Johan
Friderico Saxonico, ut publico banno Imperii proscriptorum
hominum, Wilhelmi Grumpachensis et complicum hujus,
quiq[ue] manifesti sunt pacis publicae violatores et itinerum
praedones, receptatore et protectore Principe, affectus est &
infamatus, in responso eo, quod duodecimo die mensis Julii
superioris, Legatis Imperii dedit, in arce oppidi Gothae
Grimmenstein, atq[ue] insuper in iis literis, quas ad
praecipuos quosdam Electores et Principes scripsit, et
deinceps typis expressas in contemtu tam Caesarae
Majestatis q[uam] illustriſimi Principis Electoris summo, & ad
existimationem utriusque diminuendam, huc illuc sparsit.**



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnde
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


futati
ad Jesui

Historia Gentium
Quarto n°. 644.











Historia Gentium.

Quarto n°. 644.





NECESSARIA ET VERA
RESPONSIO, FIRMAQUE RE-
FUTATIO, OPPOSITA CRIMINATIONIBVS
& insimulationibus vanissimis, quibus Illustrissi-
mus & Illustrissimi generis Princeps et Dominus
DN. Augustus Dux Saxonie Elector &c. et
Burgranius Magdeburgi, contra omnem veritatem,
et absq; vllis firmamentis, præterq; culpam & me-
ritum, à Duce IohanFridericu Saxonico, vt publico
banno Imperij proscriptorum hominum, Wilhelmi
Grumpachensis et complicum huius, quiq; manifesti
sunt pacis publicæ violatores et iterum prædones,
receptatore et protectore Principe, affectus est &
infamatus, in responso eo, quod duodecimo die mensis
Iuli superioris, Legatis Imperij dedit, in arce oppidi
Gothæ Grimenstein, atq; insuper in ijs literis, quas
ad præcipuos quosdam Electores et Principes scri-
psit, et deinceps typis expressas in contemtu tam Cæ-
sareæ Maiestatis q; illustrissimi Principis
Electoris summo, & ad existimatio-
nem vtriusque diminuendam,
huc illuc sparxit.

ANNO
M. D. LXVII.





Vx Iohan Fridericus Sa-
xonicus, Secundus &c, non ita pridem
sacri Romani Imperij Electorum, Princi-
pum & ordinum Consiliarijs & Legatis,
qui secundum commune in proximis Augustæ habitis
Imperij comitijs factum decretum, instructi mandatis
ad celsitudinem ipsius missi fuere, responsum dedit scri-
pto comprehensum, in quo ipsius Celsitudo, ad se &
publice proscriptos excusandum: inter alia quædam,
quibus contumeliose & per contemnum Cæsaream
Maiestatem, propter decretam & publice proclama-
tam Grumpachensis & complicum huius proscriptio-
nem seu bannum, appetit: Illustrissimum & illustrissimi
generis Principem & Dominum Dn. Augustum Du-
cem Saxoniae &c. Electorem &c, grauissimi criminis
mentione afficit, de quo scilicet constet, quod contra
pacem publicam designatorum facinorum promotor,
adiutor & amator, atq; ipse etiam violator sit pacis pub-
licæ. Et præter hæc in eodem scripto Principem Elec-
torem insuper insimulat, quod Duci Iohan Friderico
non tantum ea omnia, quæ facta essent, & tum fierent
atq; gererentur, tanquam aleam insidiose ludendo con-
ciliaisset, sed alijs etiam modis, per falsas insimulationes,
& sparsis facinorosorum hominum confessionibus,
apud Cæsaream Maiestatem existimationi suæ obtre-
ctasset, grauiterq; eam affecisset, sicut hæc omnia re-
sponsionis ipsius indicatae scriptum, & quæ Legati de ne-
gocio gesto conscripserunt atq; retulerunt, docere pos-
sunt. Quibus omnibus Dux Iohan Fridericus non
contentus fuit, sed paulo post ad hæreditarij pacti neces-
situdine coniunctos, & alios quosdam Electores &

Principes, literas misit (quarum exemplum ad finem
huius scripti adiectum est numero primum) addito ty-
pis expresso responsionis a se datae exemplo, vna cum
cæterorum ad hanc rem pertinentium scriptorum ex-
emplis, quibus literis, Illustriss. mentionis Electorem
Sax. insimulat, quod contra Ducem IohanFridericum
& suos, callidissimarum & perniciossimarum moliti-
onum consilia suscipiat atq; agitet, in primis autem hoc
conetur, vt varijs & confictis delationibus Rom. Cæ-
sareæ Maiestatis animum a celsitudine sua grauissime
abalienet, & similiter apud alios celsitudinis suræ Domi-
nos & amicos, de non licitis & confictis facinoribus te-
rritorium ad modum suspectum reddat, Atq; ita omnibus
a partibus amicitias ei rescindat, malevolentiamq; &
dissidentiam aduersus celsitudinem ipsius, præter meri-
tum & culpam suam, serat & concitet, neq; dubitandum
esse, Principem Electorem hoc omnibus modis, & vn-
diq; correptis causis, agere, vt negotijs ei necessitas offe-
ratur, quod cum ipso habeat, Principemq; Electorem
non contentum eo esse, quod opem suam auxiliumq;
cum ijs coniunxerit, qui ipsius celsitudinis benevolum
dilectumq; Dn. & Patrem, & se, & celsitudinis suræ be-
nevolum & dilectum Fratrem, IohanVulhelnum
Ducem Saxonie &c. dignitate auita Electoratus deie-
cerint, & solo atq; ditione hæreditaria eiecerint, quæ
nunc etiam occupata possideat, sed iam eum vterius
progredi, & pergere ad extrema omnia, & celsitudinis
suræ honorem, caput & uitam petere, illæq; paruæ reli-
ctaæ reliquiæ miseræ terræ miserorumq; subditorum su-
orum, quomodo ei eripiantur, cogitare &c.

Etsi autem hæc indicata Duci IohanFriderici re-
sponsio eiusmodi est, vt ea non tantum Princeps Ele-
ctor &c.

ctor &c. & dignitas Electoralis, atq; principatus, ho-
norq; & existimatio ipsius gratissimum ad modum la-
datur, sed ipsius etiam Cæsareæ Maiestatis personæ, &
totius Imperij eminenti dignitati, autoritati & existima-
tioni, imo etiam Maximiliani Cæsareæ Maiestatis lauda-
tissimis, & qui in Deo dormiunt, antecessoribus, atq;
adeo etiam Domino Patri ipsius in sepulcro suo condi-
to, non parcatur, cum scilicet a Cæsarea quondam Ma-
iestate horum suscepæ expeditionis, & victoriæ partæ,
ita mentio in hac fiat, quasi conspiratione seditiona, &
per proditionem conciliata & perfecta omnia tunc fue-
rint & clades secuta acciderit, atq; insuper Cæsar, Maie-
statis edita edicta, scriptaq; usurpata, & actiones susce-
ptas, contra Cæsaream Maiestatem ipsam, tam eam pe-
nes quam hoc tempore est imperium, quam antecesso-
ris huius, contraq; concordibus sententijs Augustæ de-
cretam proscriptionem, prætendat, quæ minime reperi-
untur esse talia, & interpretationes horum omnium az-
lienæ communiscatur, Qua consideratione hoc negoti-
um non ad Principem Electorem solum pertinet, sed
causa iam totius Imperij agitur, & omnibus ordinibus
huius sit communis, a quibus etiam Princeps Elector
nullo modo se & suam causam separare instituit, sed
conuncta ope sua vna cum Cæsarea Maiestate Electo-
ribus, Principib; et ordinib; Imperij, quicquid ad de-
fendendam sacri Imperij existimationem & dignitatem
hac in parte fieri par est & decet, promouere & suscipe-
re paratus est. Hæc vero omnia et si ita se habent, &
Ducis IohanFriderici responsio eiusmodi est, qualem
esse ostendimus, ineuitabilis tamen necessitas Princi-
pi Electori Sax, affertur, & dignitas atq; existimatio ipsius
omnino flagitat, vt ijs, quæ Dux IohanFridericus sine

vlla causa allata, & tantum odio & animi inconstantia, contra excelsitatem ipsius effudit & typis exprimenda dedit, ijs igitur vt peculiariter contradicat, eaq; veritate nitentibus rationibus refutet.

Nam et si Princeps Elector pro suis non dubitat, & se & generis ac stirpis suae dignitatem, vitamq; mores & actiones suas tam Rom, Cæsa. Maiestati, quam pacis & honestatis amantibus Imperij Electoribus Principibus & ordinibus vniuersis, & publice omnino omnibus, ita nota & spectata esse, vt non tantum, quod ad vanissimas criminationes illas attinet, omni culpa ipsum liberaturi sint, sed ita etiam iudicaturi, iniuriam ei manifestam talibus criminationibus petulanter afferri atq; fieri. Cum contrario modo Princeps Elector caussas haberet de Duce Iohan Friderico loquendi, quod Cæsar olim Ferdinandus, & penes quem hoc tempore est Imperium, his igitur vtrisq; debitam fidem quod violasset, propter contemta, & cupiditatibus suis posthabita, de proscriptione seu banno cum poenæ comminatione mandata horum, & in comitijs Imperij facta decreta, Atq; vt his Cæsaribus, ita ipsi etiam Principi Electori datum fidem eum violasse, non praestando pactorum hereditariorum & necessitudinis Fraternæ iuratam fidem, & obliuiscendo & violando cum grauissimi sacramenti contestatione facta & constituta transactiōnum & compositorum negotiorum capita, quibus omnibus contraria facinora admisit, Principisq; Electoris dignitatem & Illustris conditionis ipsius honorem & existimationem præter meritum & culpam impetuuit, contraq; manifestam veritatem eum criminatus est, quod aduersus ipsius honorem, caput & vitam, dec̄ eripienda ei terra & ditione consilia inierit, sicut hæc peculiari ter

culiariter sigillatim demonstrabuntur & explicabuntur
deinceps.

Ne tamen apud eos in primis, qui nihil cognouerunt de Imperij rebus, hisque negotijs & scriptis, quae inter Principem Electorem & Ducem Iohan Fridericum per tempus iam aliquod agitata intercesserunt, apud hos igitur ne hanc speciem res habeat, si Princeps Elector ad ea, de quibus insimulatur, taceat, nihilque respondeat, aliquam in ipso culpam hærere, quodque ad obiecta crimina de callidis molitionibus malisque artibus confecta & conciliata apud Cæsa : Maiestatem, alienatione & proscriptione, Et mentionem sermonum habitorum ab Henrico a Staupitz, Etiam de Episcopo Misnico, postea de expeditione Anno XL VII facta, seu pro incendio redimendo collecta pecunia, & postremo loco, quod de facinorosorum confessionibus ut violenter extortis & falsis obiicitur, quæcumq; cum his cohærent, Ad hæc igitur omnia ne nihil habere Princeps Elector existimari possit, quod pro eo ac Principem decet, & causa postulat, respondere possit, ideo aliter facere non debuit, neque potuit, quam ut Ducis Iohan Friderici respondere ei, quod Imperij Legatis dedit, & hoc tempore typis expressum extat, cæterisque scriptis, ad bannitorum, Grumpachij & Vuilhelmi Steinensis, contra Principem Electorem cruenta cædemque spirantia consilia, pertinentibus, firmam veritateque nitentem responsum iterum opponat, qua Cæsa : Maiestas, Electores, cæterique Principes & ordines Imperij, de rebus omnibus doceantur.

Et quanque nihil mallet, quam tali opera se supersedere, sibiisque ne hanc subiret, parciposse. Atque omnino non potest non profiteri, nihil ipsi esse magis contrarium, quam

Rom.

Rom. Cæs. Maiestati, Electoribus, Principibus & ordi-
nibus Imperij, huius cognoscendæ molestiam afferri,
Quia tamen ad talem responsionem suscipiendam, propter
exultatione & dignitate sua propugnationem, a Duce
Iohan Friderico, tam magnis causis tantasq; necessitate
allata, adigitur, nihil dubitat neminem fore, qui hanc ob-
rem alienas de ipso cogitationes aut sententias sit conce-
pturus, sed omnes potius ita sensuros & iudicaturos,
aliter ipsum facere, aut hoc vlo modo declinare non
potuisse.

Cumq; Princeps Elector & bene sibi sit conscius,
& absq; hoc ita constare sciat, quod contra Anno XLVII.
& Ann LXXXI. constitutas, & capitibus comprehensas
transactiones, compositiones, pacta & necessitudinem
hæreditariam, iuratamq; in hæc omnia fidem, nihil ad-
miserit, seq; erga agnatos suos omnibus in rebus amice,
pacifice, atq; vt consanguineum & vicinum decet, ges-
serit, quodq; non tantum ea omnia, quæ transactioni-
bus illis & pactis coniunctionis & necessitudinis frater-
næ hæreditarijs continentur, præstiterit, sed in Duce Ioh-
an Friderico multiplices etiam offendentes, & exquisi-
tiones atq; intorsiones caussarum, per quas ei negocij
quod cum Electore haberet, necessitas afferretur, tam
sermonum quam scriptorum offendentem complecten-
tium usurpatione, & factorum etiam certorum aggres-
sione, tum alijs quibusdam rebus, quæ aduersus Electro-
rem saepius admittebantur, in benevolentia affectione
patienter tulerit, & celsitudinem ipsius, amice scriptis li-
teris, constitutarum transactionum & pacti hæreditarij
admonuerit, & vt ab eiusmodi illicitis consilijs & actio-
nibus suscipiendis desisteret, sicut hoc & Dux Iohan
Fridericus ita se habere nouit, & si res postulet, testimo-
nijs

nijs prolati probari planumq; fieri potest. His igitur ita
se habentibus, Princeps Elector hactenus mirari satis
non potuit, quas nam Dux IohanFridericus caussas ha-
beret, tam illicta suscipiendi, & contumelias atq; crimi-
nationes tales aduersus Electorem usurpandi, donec ad
ipsius manus supra indicatum ad Electores & Principes
missum scriptum peruenit, in quo Dux IohanFrideri-
cus disertis verbis rem explicat, & ostendit, quod pro-
pter aliquando occupatas & amissas terras & ditionem,
quæ ad Principem Electorem, conditionem Principis
decente modo, ex hæreditate peruerunt, ista omnia
instituerit atq; suscepit, & sic a Duce IohanFriderico
hoc agatur, vt occasiones atq; caussas exquirat, transacti-
onum illarum diplomata, in quarum verba iurauit, per-
tundendi, terrasq; illas & incolas earum recuperandi.

Ne vero existimari possit, Principem Electorem
Duci IohanFriderico contumelias & criminationes op-
ponere & rependere velle, aut ferore animi commoti
aliquid ei exprobrare, aut iniuste eum insimulare, quo-
rum aliquid admittere, Principi Electori neq; in animo
est neq; commodum, hac de caufsa capita tantum quæ-
dam vera descriptione ex illis constitutarum transactio-
num & pactorum atq; conuentorum hæreditariorum, in
quæ iuratum est, diplomaticis, excerpti & eiusdem sen-
tentiae verbis, hoc loco proponi curauit, de quibus cog-
noscit poterit, ad quas res præstandas Dux IohanFrideri-
cus se Principi Electori iure iurando devinxerit, scriben-
doq; & diplomaticis & sigillo suo obligauerit, quomo-
doq; ea omnia, cum ijs, quæ Dux IohanFridericus po-
stea aduersus Principem Electorem locutus est, scripsit
& egit, congruant,

B

Princ

Principio igitur non tan-

tum Electoribus & Principibus, sed præter hos vulgo ferme omnibus per Germaniam nota res est, quod Anno Christi XLVII. laudatiss. memorie Cæsar olim Carolus V. transactionis cuiusdam capita constituerit, in cuius diplomate huius sententiae verba extant: *Atq; hoc modo omnes lites & controuersiae, cuiusmodi aut generis eæ sunt, quæ ante hæc tempora Duci Mauricio cum capto, aut liberis huius, aut his cum illo intercesserunt, aut adhuc intercedere possunt, penitus sublatæ esse debent.* Cuius transactionis capita Ducis Iohan Friderici Dn. Pater, non minus quam Princeps Mauricius Elector, Principe viro digna & constante fide, vscp ad vitæ suæ exitum, & pium ex hoc mundo discessum, secutus est, & inuiolata praestitit.

Postquam vero deinceps Deo omnipotente ita conciliante, post mortem Electoris Mauricij, terræ & dñs demortui ad Duxem & Electorem Augustum, penes quem iam hæc sunt, ex hereditate peruererunt, & hoc modo optimo iure, honestoq; titulo, & legitima successione, Princeps Elector Augustus earum terrarum Dominus factus est, neq; agnatis suis præter ea, quæ constitutæ transactionis capitibus continentur, quicq; iam amplius concedere aut restituere teneretur, Princeps tamen Elector Augustus, quod Dux Iohan Fridericus Elector natus, amice hoc, eoq; modo, qui sanguinis coniunctionem deceret, ad Electorem Augustum ageret & peteret, atq; aliorum etiam procerum, Electorum & Principum, amicæ de hoc tractationes accederent atq; intercederent, Anno Christi L IIII.

Princeps

Princeps Elector Augustus eo se permoueri atq; adduci, & hoc a se impetrari passus est, vt ex mera benevolentia, proq; propinquitatis affectione, qua erga Ducem IohanFridericum Patrem, vt se n^oem, veracem, & constantem Principem, fuit, Duci IohanFriderico, Patri, eiusq; filij, partem adhuc earum terrarum, quas successione hereditaria acceperat, luculentam dederit, concesserit, benigneq; ad ipsos peruenire permiserit, neq; huius facti, cum senis atq; laudati Principis, tum utriusq; ipsius filij causa, Ducas Iohannis Vuilhelmi & Ducas IohanFriderici natu minimi, (felicis memoriae) Principem Electorem vnc^o penituit, cum hi omnes erga ipsum ita vt agnatos & consanguineos decet, gratosq; se præstiterint, qualem & Dux IohanVuilh. adhuc se præstat, atq; ducis etiam IohanFriderici secundi æque vt cæterorum nomine poenitere Principem Electorem nō deberet, si eo modo, quo Frater erga Electorem se gereret.

Quid autem in hac Anno LIII^o constituta, & a Patre & Filijs subscriptionibus & ob-signationibus confirmata transactio[n]e superstes Dux Saxonæ IohanFridericus confessione sua approbarit & promiserit, initium & extrema transactionis illius præcipuæ docent huius sententia verbis: *Primo loco, & debemus & volu[m]us nobis inter nos prorsus ignoscere, & omnes offensiones, quæcumq[ue] hactenus acciderunt, deponere, inter nos colere, diligere, animiq[ue] benivolentiam nauare, unusq[ue] alterum in rebus difficultibus suis ope consilioq[ue] innare.* Eodem modo se in adiuncta quadam præcipua illi transactione obligauit, secundum infra scripto-

rum verborum sententiam. Præterea considerauimus
quanta amiciciae benevolentiaeq; coniunctio inter maio-
res nostros fuerit, eaq; de caussa beneuole inter nos
consensimus (Hancq; consensionem et coniunctionem
secundum diplomatis huius perscriptionem inimus)
Quod nos, hæredes et posteri nostri, inter se omnia, quæ
animorum alienationibus aut rixis caussam præbere
possunt, vitare velimus. Postea Anno Christi L V
Elector & Principes Saxonici vna cum cæteris hæreditario
pacto ipsis coniunctis Electoribus & Principibus,
vetera coniunctionis & necessitudinis fraternæ hæreditaria
pacta et conuenta inter domum Saxoniam, Bran-
depurgicam & Hassiacam inter se renouarunt, in quam
renouationem tum omnibus a partibus Electores &
Principes singuli & vniuersi & pro se quisq; suo loco,
ore proprio sacramento dicto, iurarunt, quod pacta ei-
us seruare vellent, & sunt in ea huius sententiæ verba
expressa: Spondemus quod nos, nostri hæredes et
posteri, omni vitæ tempore inter nos fraternam, ami-
cam et beneuolam coniunctionem prestatre nauareq; et
inter nos colere, commodare, unusq; pro altero dicere,
alteriusq; damna auertere, & commoda verbo & re
procurare, optima cum fide, absq; fraude et dolo debe-
amus & velimus.

Item: Debemus et volumus etiam corporum
& facultatum, terrarum & subditorum nostrorum
operas & opes ad consulendum nobis nosq; inter nos
iuandos fideliter conferre, quandocumq; vniuersiuisq;
res

res & necessitas ita postulauerit , sine fraude.

Item : Non debet etiam quisquam nostrum Hostibus alterius , proscriptis hominibus , aut prædonibus , in suis terris , arcibus , oppidis , & ditione , sciens consultoq; sedem concedere , & hos tutos præstare aut vlla ratione protegere , souere , opem consiliumue impertiri , neq; transitum eis per loca terrarum suarum ea quibus arceri & reprimi poterint permettere , clam paci amie , Aut suis hoc vt vlo modo faciant concedere , neq; commeatu tales adiuuare , aut vt adiuuentur finere .

Præter hæc constituta & iurata hæreditaria & necessitudinis fraternæ pacta , Electores illi & Principes tum in peculiarem etiam & huic adiunctam quandam constitutionem consenserunt , in qua disertis & expressis verbis cautum est : Quod Electores & Principes illi , in suis terris , proscriptis & prædonibus , nullam sedem concedere , aut hos tutos præstare velint , sed comprehendendi tales & detineri debere .

Qualem verò se Dux Io-

han Fridericus post mortem Dn. Patris ipsius , statimq; cum gubernationem , vt natu grandior Princeps , capessere coepit , ad primæ transfectionis capita , & quæ hanc deinde transfectiones reliquæ , secutæ sunt , pæctaçp hæreditaria , præbuerit , de hoc Princeps Elect. Sax. vera narratione liquidoq; docere posset , & multa proferre , de quibus intelligeretur , quam celeriter in

transactionum omnium oblivionem ventum sit , hocç
actum fuerit , vt cum ipso negocium & rixæ necessario
intercedere possent , eoç hic adigeretur .

At Principi Electori non libet ad Ducis IohanFrie-
derici existimationem diminuendam verbis haec exag-
gerare , sed de ijs tantum , quæ publice omniç populo
nota manifestaç sunt , monere , vt occasio suppetat vni-
cuiç retro abducta consideratione cognoscendi , quam
celeriter sepositis transactionibus & supra expositis
clausulis harum , cupiditates admissæ fuerint discordiam ,
diffidentiam et malevolentiam commouendi serendiç .

Atç vt maiore cum specie res gereretur , minusç
deprehendi posset quo tenderetur , initium factum est a
Religionis negocio , hoc modo , vt conducerentur pri-
mum atç constituerentur aliqui , quos contra Elect.
Mauricium , & postea contra eum , penes quem iam est
Electoratus , & terras , Ecclesiæ atç scholas huius , scri-
pta componere , easç quasi a vera Christianismi Reli-
gione defecissent , editis typisç expressis libris crimina-
ri , contumelijsç afficere , & per orbem terrarum vt
Mammalucos , apostatas & corruptores Religionis pro-
clamare & excommunicare oporteret . Non eo consilio ,
vt hoc modo gloria Dei , & , quo solo salus confertur ,
verbî ipsius propagatio , quereretur , promoueretur &
plantaretur (sicut & maliciosis talibus virulentisç &
ambitiosis atç exquisitis rixationibus subornatorum &
seditionorum Theologorum illorum fieri hoc non po-
trisset , & res postea , quod hoc ita se haberet , docuit)
sed vt Principi Electori ad uulgas & plebem subditos
rum suorum , omnemç in Imperio multitudinem , odia
um crearetur , & accendentibus postea alijs fortasse occa-
sionibus , proprijs subditis infestus per seditionem terris
& ditione sua expelleretur .

Nec

Nec molitiones huiusmodi intra Theologorum tantum ordinem substiterunt, aut ab his solis usurpatæ fuere, sed Dux IohanFridericus hoc insuper fieri passus est, ut a consiliarijs quibusdam, & ministris suis Principes Elector clam & palam, scriptoꝝ quodam typis expresso, tam Principem Electorem, quam terras huius infamante, criminationibusꝝ & contumelij existimationem ipsorum afficiente, peteretur, cumqꝫ compertum esset autorem eius scripti esse Doctorem Basilium Monnerum in oppido Lenensi, contraꝝ hunc secundum pactorum hæreditariorum constitutiones ad Ducem IohanFridericum ageretur, hunc non tantum pœna nulla affecit sed summopere etiam excusauit atqꝫ pro texit. Tacemus interea, tam illo tempore, quam hoc etiam præsente, neminem in maiore apud ipsum gratia esse, quam qui contra Principem Electorem procaciter contumelioseꝝ dixerit aut scripsérít, etiamsi scurræ nequam sint, qui mirifica somnia commenti sunt, eiusqꝫ celitudini spem fecerunt de harum terrarum dominas tu potio.

Postqꝫ vero intellectum est illis Theologorum rixis & condemnationibus nihil profici, nec Principem Electorem terra & ditione sua scribendo ejici posse, atqꝫ ita conductiorum & seditionisorum clamatorii illorum vñus nullus esset amplius, imo ij ipsi etiam, qui eos conduxerant, a Pharisaicorum Theologorum talium excommunicatione tuti esse non possent, tum igitur non tantum satietas existere horum cœpit, sed terra etiam (nec iniuria, quippe, qui nihil aliud egissent, quam vt seditionem excitarent, & ad quam rem operam suram conducti elocascent, eam præstare non potuissent) expulsi sunt. Hæc ita se habere toti ferme Germaniæ constat,

Post

Post hæc igitur , & quod hac via res non proceſſifſet , Dux IohanFridericus de alijs modis cogitauit , & quod libris conſcribendis perfici non potuit , hoc per eos , qui ad latrocinia & cædes cruentas operam ſuam conſerre conſueuiffent , & a ſupremo magiſtratu banniti & proscripti eſſent , tentare apud ſe conſtituit , eaꝝ de cauſa Vuilhelmuſ Grumpachensem & Vuilhelmuſ Steinensem , vna cum cæteris , qui a Cæſare olim Ferdiſſando , laudatissimæ memoriae propter patratum contra pacem publicam facinus in direptione oppidi Vuilhelmcepurgi , publice banniti & proscripti fuere , ad ſe attraxit , operamꝝ horum ad intima conſilia & minifte‐ria conduxit , inꝝ consiliarios & ministros recepit , Atqꝫ per aliquot iam annos oppidum iſiſius & munitio Go‐thana hospitium fuit proscriptorum & prædonum , hocꝝ modo aſylum quoddam bannitorum & nebulou‐num , Quod ita ſe habere tam a ſuperioris temporis Cæſi‐Maieſtate quam penes quam nunc eſt Imperium , facta proſcriptio , editaꝝ mandata , & pacto hæreditario con‐iunctorum Electorum & Principum legationes miſſæ , & literæ ab hiſ ſcriptæ , eaꝝ de quibus publice in toto Imperio Romano , alijsꝝ Regniſ conſtat , demon‐ſtrare poſſunt , ad quæ omnia in præſentia prouocamus , eaꝝ huius rei teſtimonia eſſe voluimus .

Narratur etiam , quod Ducis IohanFriderici ho‐neſti & fideles ſubditi , ad celiſitudinem iſiſius ſubmiſſe hoc egerint atqꝫ petuiuerint , vt a proſcriptorum homi‐num conſuetudine abſtineret , & contra Cæſaris edicta , contraꝝ hæreditarij pacti neceſſitudine coniunctorum Electorum & Principum tam beneuolas admonitiones , diutius eos ne protegere , ſedem'ue eis apud ſe conce‐dere yellet , Quomodo etiam a fratre Duce Iohan Vuil‐helmo

helmo sæpius, tam per literas quam coram, benevolenter tissime & admonitus & oratus fuerit, ut a violatorib. pacis publicæ illis, & proscriptis hominibus, abstinere, & supremi Magistratus mandatis, propinquorumq; & consanguineorum suorum Palatini, Iuliacensis, Pomeranorum, Hassiae, fidelibus admonitionibus locum cedere vellet, eaçq; in re & ad se ipsum, & hæredes, conjugem, & vniuersam ditionem suam respicere, ipse sibi omnium optime conscientius est, & testantur hoc scripta & actiones, quæ intercesserunt.

Vt autem præter hæc, quæ publice nota sunt, magis adhuc & clarissim, peculiarium quarundem rerum expressione, demonstretur, homines illos aduersus Principem Electorem conductos & fotos esse, de infra scripta breui & vera narratione omnibus hoc cognoscendum proponitur.

Princeps Sax, Elector &c.

Sæpius à multis bene affectis summorum & infirmorum ordinum, & tam illustris quam aliis conditionis hominibus, fidei ipsius concreditis significationsibus edoctus est, quæ proscripti illi, & præcipue Grumpachensis, contra excelsitatem ipsius, terrasq; & ditionem molirentur, simulq; admonitus fuit, vt ad res suas diligenter respiceret, neq; facile crederet, sed necessariam diffidentiam usurparet, idq; haec de cauſa, quod impediisse diceretur, quo minus proscripti illi proscriptione sua apud superioris temporis Cæsaream Maiestatem reconciliatione parta liberati fuerint, neue malæ horum & proscriptionum causæ componerentur, intercedere.

Docuerunt & ij, qui Grumpachensis literas legerunt & in Gallicam linguam translulerunt, quam multa

C falsa

falsa & conficta de Principe Electore in Galliam scripsisset.

Præterea accidit, ut de hoc etiam ad Principem Electorem afferretur, Georgium Tubulum perfidum & perjurum silvestrum aliquando curationum apud ipsum administrum, constitutum esse, qui in silvis ei insidiaretur, & cum multis equitibus hac de causa in locis abditis & occultis stationes habuisse, eaçq; in re a Grumpachensi consilio opeç; eum instrui.

Vuolfsius etiam Mulichius Principi Electori signis ficiavit, Grumpachensem literis quibusdam ad se scriptis Electorem perfidiæ accusare.

Itemq; de alteris literis, quibus commemoraretur, quod Grumpachensis ipse post prælium ad Siferhusam insidias stationis equitum Principi Electori collocasset, qui reuertentem ex regno Danicæ & Cellis Saxoniciis digressum interciperent, etiam si autem tum indicio facto admonitus sibi catiſſet, ita tamen multas agitationes huiusmodi se ei structurum esse deinceps, ut tandem ex his non sit evasurus. Vtramq; autem epistolam eo tempore quo, Grumpachensi vna cum cæteris quibusdam hoc ita conciliantibus, Dux Iohan Fridericus ab ipso alienatus fuerit, per vim ei ereptam esse.

Hæc omnia Princeps Elector heroica magnanimitate contempsit, donec etiam comitis Gunteri Suarepurgensis indicatio accederet, Hic comes eos Grumpachensis sermones, qui nunc statim subiicientur, cuiusdam ex nobilitate bis indicarat, & ut ad Principem electorem deferret mandarat, Hocq; primum facto indicio, postea Princeps Elector præcipios quosdam ditiosi suæ, aliosq; Consiliarios suos, ad comitem Guntorum Lipsiam misit, qui tunc iterum hoc indicauit,

Grum-

Grumpachensem, disertis verbis sibi dixisse, quod Principe Electoris vita & capiti esset insidiaturus, neq; Electorem ultra id tempus, quod intra eam diem qua hoc dixit, & brumam intercederet, ante oculos ei effugiendo obuersaturum. Id quod postea comes ille, cum Cæsarea Maiestate ita postulante in Vngaricam expeditiō nem proficeretur, chirographo suo & sigillo appreſo, superuacaneum ad modum testatus est, cuius exemplum subiectum est infra Numero. II.

Quod igitur Princeps Elector ita existimaret ad supra exposita indicia hoc etiam diuinitus conciliatū accedere, quodq; meminisset, Grumpachensem consilij cruenti illius contra Episcopum Melchiorem Vuircē purgensem conciliatorem autoremq; præcipuum fuisse, sicut hoc de typis expressis testimonij & facinorosorum confessionibus editis cognoscere licet, hac ergo de cauſa, adhibito consiliariorum præcipiuorum suorum consilio, ad hanc rem penitus explorandam, decreuit Ducem IohanFridericum de hoc humaniter docendum, & Grumpachensem in celsitudinis ipsius præsenzia, Legatis missis, de minacib. & cruentis sermonibus talibus compellandum, quod & ita factum est. Et tres Princ. Electoris terrarum Consiliarij & Primarij ductores, vna cum Notario, Gotham ablegati sunt, quo loco hi XXVII die Mens. IXbris, superioris anni LXV. Grumbachensem, praesente Duce IohanFriderico, nomine Princ. Electoris compellarunt, eiq; significarunt, ad Principem Electorem de supra expositis minacibus sermonib. allatum esse, ideoq; postulare, vt se explicaret, an eos a se habitos usurpatosue fateretur, Ad quæ ille per ambages quasdam respondit, eaq; responsio a Notario excepta & diplomate comprehensa

C 2 est,

est, quod extat infra Numero III.) cum huius tamen sententiae clausula: Inficiari se sermones illos a se prolatos, nisi eorum conuinceretur.

Ne existimaret autem Grumpachensis, Principem Electorem testimonia quibus hoc fieret non habere, aut qui hoc indicasset aperire eum dubitare, litteris postea ad Ducem IohanFridericum amicissime scriptis comitis ei Suarcepurgensis nomen exposuit, qui huius rei index & testis esset, & ad celsitudinem ipsius de ijs ægit, eaç ab hac petijt, quæ transactionib. illis pactisq; hæreditarijs & sacri Imperij decretis continentur & quod de pace publica, atrociss. poenarum comminationem complectentia mandata postulant. Sicut hoc Cæs. Maiestas, Eletores, proceres & ordines ex infra subiecto exemplo cum nota A discere poterunt.

Atq; Princeps Elector in persuasione indubitata a Duce IohanFriderico hoc expectabat, ipsum in consideratione iuratorum pactorum hæreditariorum, & proscriptus Grumpachensis quis esset, statim beneuolum se, & vt consanguineum deceret ad hæc præstirum, plusq; apud ipsum Cæsareæ Maiestati debitæ obedientiæ, sacramentoq; dicto obligationis factæ, & pactorum hæreditariorum cum Principe Electore Sax. cæterisq; Electorib. & Principib. consortibus, coniunctionis, q; banniti hominis respectum valiturnum esse,

Quam nudum vero & ieitnum responsum ad hæc, quo Grumpachensis excusaretur, comitisq; diminueretur existimatio, dederit, exempla docent cum nos tis, B & C, ad quæ Princeps Elector rescripsit ea quæ sunt in exemplo notato litera, D.

Quod enim Grumpachensis homo esset proscriptus & Bannitus, cui absq; hoc Dux IohanFridricus sedem

sedem apud se concedere non debuisset, comitis autem dignitas & existimatio nullis criminibus notata esset, cuique propterea Prin. Elector fidem haberet, His igitur de causis Principi Electori non fuit commodum uel cum Duce IohanFriderico, vel cum Grumpachensi verbosas disputationes suscipere, sed quantum ad proscriptum illum attinet Prin. Elector hereditaria pacta ut seruarentur vrsit, neque iniuria.

Et si autem Dux IohanFridericus postea iterum ad Prin. Electorem litteras misit eas, quarum exemplum habet notam E, tamen ad has etiam Prin. Elector respondit ea quae sunt in exemplo F notato, Ex quib. literis intellegere licet publice omnibus, qua fide & quam beneuola sanguinisque coiuincione digna affectione Prin. Elector erga Ducem IohanFridericum fuerit, quodque Prin. Elector, ne verbum quidem vnum graue aut asperum aduersus Ducem IohanFridericum in litteris illis usurparit, quam tumuis magnae ei, ut secus faceret, causae allatae fuerint.

Sed neque his litteris quicque fuit profectum, & Dux IohanFridericus in pristina sententia sua, & inanem Grumpachensis excusationem usurpando, permansit, sicut est in Exemplo cum nota, G. nulla habita consideratione, quod Grumpachensis Cæsareæ Maiest. Electorum Principum & ordinum imperij consentientib. sententijs facto decreto, publice proscriptus, ipsique Duci IohanFriderico severo mandatum esset, ut banum aduersus Grumpachensem persequeretur, & ad poenas ab eo sumendas comprehendendi eum curaret.

Interea dum ultro citroque haec scribuntur, dumque Princeps Elector abest in comitijs Augustanis, hoc accidit, vt in terra ipsius quidem Hans Behem nomine, propter furtum factum caperetur, qui tum statim sua spons

te non interrogatus confessus fuit & enunciauit, se puerum esse Grumpachensis, & ab hoc & Vivilhelmo Steinenensi constitutum ad Principem Electorem obseruandum, & quib, in locis ageret, speculandum, & si fieri posset, globo tormenti in eum emissio interficiendum, quæ captiuu huius enunciatio Principi Electori a consiliarijs ipsius Augustam perscripta fuit, sicut est in exemplo, numero IIII.

Præterea tum & hoc accidit, ut copiarum militarium Ductor quidam primarius Christoph. Zetuicensis, qui Ducis Iohan Friderici minister fuerat, Principi Electori per literas significaret, eiusmodi quædam negotia incidere, quæ excelsitatis eius caput & vitam attinigerent, quæ subiectissimo studio excelsitati eius aperire atq; indicare vellet, si benigne ex ipso vellet cognoscere. Quia de cauſa Princeps Elect. hunc ad se Augustam accessiuit, quod vero inde Monacum versus progressus esset, Ductor ille primarius (quem ante id tempus Prin. Elector neq; viderat neq; nouerat) eodem hunc Stare purgum in Baiariam securitus fuit, ibiq; Principi Electori de Grumpachensis cruentis cædemq; spirantibus consilijs copiose retulit, & peculiariter quidem, quod de hac re cum ipso locutus esset atq; ægisset Grumpachitis, cum nota ei loca essent regionis in tractu ad Harzum (quod est cognomentum prati ad silvas in Sundetibus) quo in loco tum Prin. Elect. in venatione fuisse diceretur, Ut hanc operam a se obtineri pateretur, quo Prin. Elector capi, & in ipsorum proscriptorum potestatem redigi posset, tum vero tam Domino quam ministris consultum iri &c. Sicut exemplum literarum indicij huius, quas propria manu sua subscriptis & obsignauit, demonstrat, cum nota litteræ H,

Postq;

Postq; vero Prin. Elect. feliciter in terras svas re-
versus in sedem aulæ sive Dresdnam aduenit, amplius ei a
Consiliarijs significatum fuit, quid supra nominatus ca-
ptiuus Hansus Behem, & vhus insuper præcipuus itis
nerum prædo Philipp. Plassus nomine, qui inimicitias
Ciuitati Erfortensi denunciaverat, & diuinitus in vins-
cula redactus fuerat, tam sine tormentis interrogati,
quam per hæc questionib. habitis, confessi fuissent e-
nunciassentq; nimirum, quod hic etiam ipse nulla tor-
mentorum vi allata, sicutq; sponte aiendo professus fuisset,
qui cum ipso sermones essent habiti, vt suam etiam
operam ad Principi Elect. insidiis faciendas, adq; itine-
ra ipsius obsidendum, huncq; capiendum conferret, si-
cuit quæ hic Plassus indicando edidit, præsentib. multis
ex ijs qui iudicia administrant, alijsq; dignitate præditis
testibus, Princeps Elector per Notarium consignari, &
repetita aliquoties recitatione ei prælegi, & diplomate
comprehendi curauit. Sed cum Hansus Behem, inter
cætera Ducis etiam Iohan Friderici mentionem fecis-
set, Princeps Elector, consilio habito, decreuit, confessio-
nem eam ita, sicut ab hoc edita fuisset, Duci Iohan Fris-
derico transmittendam esse. Ut (etiamsi, quod ad Du-
cem Iohan Fridericum attineret, Princeps Elect. nul-
lam prorsus fidem confessioni illi editæ tribueret, sicut
& nullo verbo hac de re Dux Iohan Fridericus a Prin-
cipe Electore est accusatus) Dux tamen ille hoc modo
doceretur, atq; cognosceret, quid ornamenti bonaçq;
existimationis a proscriptis, per cruenta cædiumq; fa-
cinora horum, sibi acquireret, hocq; modo tanto maior
ei causa afferretur ad Cæsareæ Maiestati obedientiam
præstandam, & Principis Elect. amicis & iustis postula-
tionibus locum concedendum,

Et

Et misit tum Princeps Elector ad Ducem Iohannem Fridericum vna cum confessione illa eas literas, quarum exemplum habet notam, I In quib. an hoc insit, quod Princeps Elector Ducem Iohannem Fridericum insidiarum insimulet, quas capiti & vitæ suæ struat, Princeps Elector Cæsareæ Maiestatis, Electorum & Principum, omniumq; intelligentium hominum cognitioni & iudicio permittit.

Sed hoc non ita se habere, vanissimeq; configi, literæ ipsæ docent, multoq; magis ex ijs Principis Electoris ad Ducem Iohannem Fridericum literis, quæ illas cum I, notatas statim secutæ sunt, ante adhuc q; Dux Iohannem Fridericu ad I, notam præferentes responderet, ex ijs igitur literis Principis Electoris, quarum exemplum notam K. habent, multo magis, euidenterq; perspicitur, Principi Electori hac in parte violenta criminatione iniuriam fieri, falsoq; eum argui, cuius rei Prin. Elector illas ipsas benevolentissime, & sanguinis coniunctionem decente modo, ingenueq; scriptas literas suas, disertamq; sententiam, quam verba edunt, argumentum esse vult & proponit, Quæ postremo loco Principis Electoris scriptæ literæ a Duce Iohannem Fridericō, vt deinceps exponetur, suppressæ sunt, Imperijq; & cæteris legatis, ad quos Principem Electorem obtestando infamauit, de his literis nihil indicatum, nullaq; mentio harum facta, resq; tota silentio dissimulata fuit. Hæc est vera veritatisq; firmamentis nitens de his rebus narratio, Princepsq; Elector hæc omnia, ita vt exposita sunt se habere, illis vltro citroq; scriptis missisq; literis, alijsq; argumentis, & multis viuorum hominum, dignitateq; & fide præditorum, testimonijs, si res postulet, probare planumq; facere potest. Vnde tam Cæsarea Maiestas,

Maiestas, proceres et ordines sacri Imperij, quam in unius
uersum omnes homines statuere possunt, an haec res
vnius tantum et suspectæ fidei hominis temeraria & va-
na obtrexatione, duorumq[ue] facinorosorum, atq[ue] ex his
tormentorum vi extortis confessionibus, nitatur, cum
haec non tantum comitis Suarcepurgensis, sed etiam
Christoph. Zetuicensis testimonio, qui duo testes sunt
nullo criminе notati, quibusq[ue] magna fides tribuitur,
probari possint, quorum vterq[ue] ea quæ indicauit, non
nudis tantum verbis retulit, sed sepius etiam repetiuit,
& manu sua exarato scripto comprehendit, edidit, con-
firmauit, Ad quæ cum duorum facinorosorum confes-
siones tam in tormentis quam sine his editæ, & in quib[us]
perseuerarent, accederent, vniuersisq[ue] iam constitutis
ere potest, argumentorum testimoniorumq[ue], quibus res
conuincatur, abunde satis esse.

Et quanquam Grumpachensis impudenter profi-
teri audet, quod facinorosum Bemum prorsus non no-
uerit, necq[ue] hoc ministro se vniquam usum esse, vivunt
tamen, quorum testimonio res probari potest, qui eo-
dem tempore quo ille, & vna cum Hanso Bemo, in fa-
milia interq[ue] ministros Grumpachensis fuere, eorumq[ue]
nomina principi Electori a quodam præcipuae dignita-
tis homine indicata sunt. Pari impudentia confictum
& hoc est, & æque falsum, quod in typis expressis scri-
ptis suis idem profitetur, Principem Electorem Hansij
Bemi illius aduersus se editam confessionem inaudito-
rum tormentorum cruciatibus extorsisse, hoc enim &
iudicia administrantium, diplomatumq[ue] de hoc conscrip-
torum, & multorum honestorum hominum testi-
monijs probari planumq[ue] fieri potest, facinorosum hunc
propter furtum commissum in vincula coniectum, nez

D

moq[ue]

moꝝ somniare potuisse Grumpachensis eum ministrum aut emissarium latronem fuisse, si non absqꝝ cu*s*iustis interrogatione, suaꝝ sponte, & priusqꝝ tormenta aduersus eum usurparentur, ipse hoc enunciasset profese suscip*t* fuisse.

Contra vero, quod Dux Iohan Fridericus, vna cū Grumpachensi, cæterisqꝝ sanguinem fitientibus, & insanis consiliarijs suis, ex intimis scribis & Secretarium quendam suum Iohannem Rudolphum, qui ei familiæ ultra triginta annos opera sua inferuit, suspicionis aduersus eum conceptæ prætensione, aliquid ei cum Princeps Electore Saxoniæ, Consiliarijsqꝝ & Secretarijs huius, molitionum intercessisse, in carcerem confici, & expressis verbis de hoc in Principem Electorem consiliariosqꝝ huius tormentis queri, & miserabiliter eum ex cruciari curauerit, hoc igitur ita a Duce Iohan Friderico admissum esse, tota Gothana ciuitas, & Secretarij huius filiorum et propinquorum miserabiliter scriptæ suplicesqꝝ literæ, testari possunt, & hæc tamen Dux Iohan Fridericus tam de Secretario illo quam contra Prin. Electorem & Consiliarios huius falso iniusteque suspicando concepit, cum Prin. Elector non possit certo recordari, hunc Iohannem Rudolphum teto tempore vitæ suæ vere ipsi notum, aut a se unquam compellatum fuisse, nisi forte ante annos circiter X. aut XII. in Ducis Iohan Friderici nuptijs primis Vuimariæ hoc accidisset, quo tempore huius Secretarij domus, quæ Principis Electoris armamentarium ibi esset, assignata fuit, Atqꝝ Secretarius ille tam Principi Electori quam Consiliarijs & Secretarijs huius non tantum nihil patefecit, scripsit, significauit, quod facere eum non decuisset, aut Prin. Electori commodo fuisse, quale & ut facere vellet, ne-

mo vñq; animum eius attentauit, sed potius q̄ræ Principi Electori contraria essent ea fecit, cum hic p̄r cæteris Ducis Iohan Friderici ministris, omnes vehementer, inhumaniter & inepte scriptas Principis sui literas, manus propriæ suæ subscriptione notare consueuerit, eoq; modo animo se esse a Prin. Electore singularem ad modum alieno demonstrauerit.

Præter hæc, & ad rem magis etiam confirmans, Grumpachensis nuper Duci Iohan Friderico scriptum obtulit excusationis cuiusdam suræ, quod Dux Iohan Fridericus Principi Electori transmisit, in quo fateatur, quod erga Zetuensem, multosq; alios, sermones illos de insidijs ad Haruuisam struendis, haud obscure usurpasset, Scribitq; Grumpachensis in altera quadam, vt haberi vult, excusatione sua, huius sententiæ verba, *Nisi Princeps Elector suam sociorumq; apud Cæsaram Maiestatem in gratiam reconciliationē adiuuet, et à persequendis ipsis desistat, nihil certius ei expectandum, quam tale aliquid contra ipsum suscepturn iri etc.*

Iam hoc notum est, quid in facinoribus malis possit confessio talis, huicq; similes, si a facinorosis ipsis fiant, quantumq; valeant, nimirum, quod etiam si circumstantiarum & conditionum certarum additionibus res tegatur & pallietur, remotis tamen indemonstratis illis & non probatis facti qualitatibus, circumstantijs, & conditionibus, facinus ipsum ab his separatum nudumq; & per se, hoc modo pro confessio habeatur accipiaturq;, & sciunt intelligentes homines quid usurpatæ comminationes tales in se habeant, quasq; in animis, tam de admissis facinoribus, quam conceptis horum consilijs, statuendi causas præsumptionesq; complectantur & præbeant.

In hac etiam proscriptorum hominum receptatione insuper hoc accidit, ut in Principis Electoris ditione aliquoties & prædationes & cædes fierent, & tam Principis Electoris subditæ, quam externi, diriperentur, spoliarentur, inq[ue] vijs publicis interficerentur, perpetratores autem talium facinorum qui essent longo iam tempore explorari non posset, donec Deo conciliatæ aliqui, in primis autem supra nominatus Philippus Blasius, comprehendenderentur, qui de complicibus etiam suis enunciauerent, aliaq[ue] de facinorosis talibus indicia proferrentur, inter quos fuerunt aliqui, qui alia etiam contra Principem Electorem perpetraran, ij statim tum se Gotham ad Ducem Iohan Fridericum contulerunt, ubi cupidissime accepti et recepti fuerunt, liberq[ue] eis accessus & recessus patuit, & adhuc patet.

Hoc vero an ijs transactionibus, iuratisq[ue] pactis hæreditarijs, quorum capita quædam supra proposita sunt, respondeat, quibus disertis verbis cautum est: *Ne quis alterius hostibus, proscriptis & prædonibus, sedem apud se præbeat, neue hos tutos præstet,* Hoc igitur Princeps Elector Rom. Cæsareæ Maiestati, Electoribus & proceribus Imperij, atq[ue] in vniuersum omnibus hominibus æstimandum permittit.

Cum autem Dux Iohan Fridericus cum Principe Elect. coniunctionem hoc modo proderet, eiq[ue] contrario modo proscriptos, prædones & latrones, aduersus Electorem reciperet & protegeret, & Princeps Elector contra hæc nihil aliud gratuitue susciperet, quam vt Ducem Iohan Fridericum transactionum pactorum hæreditariorum, & fraternali necessitudinis, beneuole humaniterq[ue] admoneret & quod ad prædones latronesci

nesq; illos attinet, ad Dux Iohan Fridericum id age-
ret, quod inter Ethnicos & Turcas unus alteri negare
non solet, his tamen & ipsis Dux Iohan Fridericus non
acquieuit aut contentus fuit, sed ne quid ad extremam
persecutionem, & existimationis Principis Electoris di-
minutionem deesset, quodq; re fieri non posset, id infam-
mantibus scriptis perficeretur, hoc fecit Dux Iohan Fridericus,
vt Prin. Electorem tam responso eo, quod Legatis Imperij Gothæ dedit, sicut initio huius narrationis
expositum est, quam literis illis ad Electores & Principes certos, cuius exemplum cum litera, L, notatum in-
fra adiectum est, grauissimum ad modum infamaret, &
proscriptos illos non tantum contra consentientibus sen-
tentijs ab Imperio decretam & publicatam proscriptio-
nem, atq; a Cæsarea Maiestate secuta cum poenæ adie-
ctione de his mandata, tanquam Consiliarios & minis-
tros suos (cum tamen Cæs. Maiestas, Electores, Prin.
& ordines Imperij, contra vitam & caput, dignitatem &
fortunas horum sententiam tulerint, & cognitione legi-
tima hæc ijs abiudicarint, perq; bannum & supremum
bannum editum, in vniuersum omnibus copiam fece-
rint aduersus hos, vitam & fortunas horum grassandi)
hos igitur tales ut Consiliarios & ministros suos Dux
Iohan Fridericus non tantum patrocinio suo disputan-
doq; defenderet, eosq; per quam strenue excusaret, lau-
daret, & quasi sanctos quosdam in viuis adhuc obtier-
fantes homines celebraret, sed insuper in illis literis, Cæ-
sareæ Maiestatis, Dominiq; Patris huius prorsus contu-
melioram, ab Imperio autem vniuerso decretæ proscrip-
tionis eiusmodi qua hæc contemneretur, mentionē fa-
ceret, in primis autem Dux Elector insimularetur, quod
primarius quidam esset manifestusq; contra pacem pu-
blicam

blicam perpetratorum facinorum promotor & defensor, atq; ipse etiam pacem publicam violasset, & eius modi crimina in eum confingeret, inq; hominum animis informaret, quorum si teneretur, non tantum gенere suo illustri & septemuirali dignitate dignus non esset, sed iusta sententia grauius etiam aliquid mereretur.

Sed cum Princeps Elector, Deo gratia, se ab ijs omnibus purum culpaq; vacuum esse sibi sit conscientia, neq; Dux IohanFridericus vlo vnquā tempore minimum punctulum eorum, quæ contra Principem Electorem profert, probare aut illustriss. conditionis ipsius dignitatem, honorem atq; existimationem bonam, veritate nitentibus firmisq; rationibus, vlla macula afficere possit, ineuitabilis etiam Principi Electori necessitas affertur, dignitasq; & existimatio ipsius hoc flagitant, vt de Ducis IohanFriderici responso illo, & quæ hoc ad Principis Electoris personam pertinentia complectitur, deq; Ducis IohanFriderici ad Electores Principesq; certos missis literis. De his igitur omnibus, vt in præsencia, coram Cæsarea Maiestate, Electoribus, Principibus & ordinibus Imperij, atq; adeo coram vniuerso orbe terrarum, testetur, contra Principis viri officium, & securus quam demonstrari possit, aduersus se scripta & sparsa esse, Principi Electori hoc modo violenta criminazione iniuriam fieri.

Etsi autem per singula capita deducta demonstratione non esset opus, atq; tali modo eorum, quæ per iniuriam in Principem Electorem conferuntur, refutacionem instituere, cum de supra commemoratis satis evidenterq; perspici possit, quomodo Dux IohanFridericus hoc aegerit, vt cum Principe Electore negocium ei necel-

ei necessario intercederet, quomodoq; iuratis hæreditariae necessitudinis pactis, constitutisq; transactionibus contraria facinora admiserit, non potest tamen Princeps Elector aliter facere, quam vt de omnibus, quæ Dux Iohan Fridericus ad se & proscriptos falso confi-
ctoq; prætextu purgandum subleuandumq;, Principem vero Electorem vaniss. criminationibus premen-
dum atq; infamandum, prætendit, de his igitur omnibus
vt breui veraq; narratione doceat.

Principio igitur cum Dux Iohan Fridericus in illo, cuius iam sæpe mentio facta est, responso, alijsq; scriptis suis in medium proferre non dubitat, proscriptionem Grumpachio, & complicibus huius, Prin. Electoris, ad uersariorumq; ipsorum molitionibus conciliatam esse, & quod Princeps Elector Cæsareæ Maiestatis animum a Duce Iohan Friderico grauissime abalienarit, Mirari aliquis itre posset hoc genus hominum eo etiā usq; pro-
gressum, vt non pudeat eos eiusmodi loqui & scribere,
quæ aliter se habere, non tantum Cæsari, Regibus, Elec-
toribus, Principibus & ordinibus imperij, sed vulgo
etiam, & orbi terrarum constet, nisi per multos iam annos
hoc illos ita facere assuetissimus.

Principijs Electori in primis propter domus Sa-
xonicæ dignitatem & genus, maiorem dolorem affert,
eo sibi vitam productam, vt experiri cogatur, & qui-
dem in familia sua, Saxonico sanguine natum Princepem, illustris conditionis suæ adeo oblitum esse, vt con-
iungens se cum ijs, quibus omnis dignitas, caput & vita
abiudicata, & qui ab uniuerso sacro Imperio publice
proscripti fuissent, vnaq; cum his, ordinariæ potestati,
cui subiectus esset, contumaciter se opposuerit, necq; alio
erga hos studio fuerit, quam si sacramenti aut conditio-
nis suæ

nis sive habuisset consortes, eosque honore honestarit & magnifecerit, Cæsaream vero Maiestatem, omnesque propinquos suos his postposuerit, præcipue vero Principem Electorem, sanguinis pectorumque hæreditarium necessitudine ipsi coniunctum, extremum ad modum ignominijs deformarit, & a laudatiss. maioribus ipsius acceptum & ad se propagatum principatus sui decus, dignitatem atque existimationem, vanissimis criminationibus affecerit & læserit.

Quomodo uero, quod ad deliberationem de seditionis, seditionumque conflatib[us], & pacis publicæ uiolatoribus puniendis attinet, in Imperij comitijs acta res sit, a Cæsa, Maiestate proposita deliberationum capita euidenter demonstrant, in quibus Cæsar. Maiestas ipsius, Electorum, Principum & ordinum consilium, & quid de proscriptis & violatae pacis in direptione urbis Vuircepurgensis facinore, statuendum videretur, expressis verbis & luculenta expositione postulauit, omnibusque ordinibus tam infimis quam summis nota res est, quid in deliberatione de proscriptione factum sit, & quomodo de hac ex uno consilio in alterum, more in Imperio visitato relatum, & tandem ab omnibus ordinibus concordibus sententijs in eam, ita ut publice edita est, consensum, & decretum huius factum fuerit. Itemque ex literæ, quibus Cæsarea Maiestas conuentum Imperij Electoribus & Principibus indixit, demonstrant, quid Cæsarea Maiestas hac de re ad Electores & Principes perscribi curauerit.

Quod vero Dux Iohan Fridericus vna cum honestis illis, sicut eos appellat, hominibus suis, Cæsaream Maiestatem, Electores, Principes, ordinesque Imperij arguere audet, hos contra quam antea a se ipsi detulissent

recess

recepissentq; proscriptiōnē illam ferri & molitioni-
bus certis apud se obtineri passos fuisse, hoc Prīn. Elec-
tor sacro Imperio refutandum relinquit, Ipse vero
quid hac in parte, ad proposita a Cæsarea Maiestate de-
liberationis capita in Consilijs habitis, & Imperij comi-
tij publicis, egerit atq; comprobarit, ea minime dissimu-
lat, nec dubitat profiteri, & scit se in his omnibus offici-
um & fidem, & quod Christianam professionem &
Principem virum decet, præstítisse, ingenuoq; ægisse.

Neq; vllis tum molitionibus aut machinationibus
opus fuit, cum publicæ pacis admissa violatio ante oculos esset, & Grumpachensis, vna cum alijs, multo ante
quam ea Imperij comitia instituerentur, a Cæsaris huius
antecessore, proscriptus furerit, iijcꝝ ordines quibus vis
& damna illata fuissent, ad Cæsaream Maiestatem, vt
proscriptio denio fieret, & de hac prosequenda decerneretur per quam suppliciter & demisse agerent prece-
renturq;. Quod vero Prin. Elector molitionum aduer-
sus Ducem Iohan Fridericum callidissimarum & perni-
ciosissimarum ad Cæsaream Maiestatem usurpatarum,
animumq; huius a Duce Iohan Friderico grauiter alie-
nasse, arguitur, prorsus est confictum, nullaq; veritate
nititur, & Cæsarea Maiestas absq; dubio, si res postula-
uerit, Principem Electorem benignissime excusatum
defensumq; præstabit, cum Cæsarea Maiestas ipsius sci-
at, Principisq; Electoris scripta doceant, quomodo in his
negocijs Princeps Elector se gesserit.

Etsi autem Prin. Elector sua sponte intelligit quid
agnatis consanguineis & propinquis suis debeat, &
(quod absq; iactantia dicatur) erga Ducem IohanFris-
dericum cæterosq; Electores & Principes, hactenus of-
ficium hac in parte luculente præstítit, contra tamen,

E hō

hoc etiam intelligit, Deo & supremæ potestati magis se esse obligatum, & quod propter propinquitatis vlliū coniunctionem, aut affectus aliquos suos, ei se opponere non debeat, sed hac in parte sacramenti dicti, & fidei, quibus Cæsareæ Maiestati sacroç Imperio obligatur, rationem sibi habendam, quemadmodum & Cæsar. Maiestas in hæreditarijs fraternæç necessitudinis pacis excipitur, neq; vlla contra hunc foedera, aut obligaciones vllæ, valere debent aut possunt. Quantum ad offensionis plenam mentionem attinet, Principi Electori ab Henrico Staupicensi, Electoris ministro, de consilio institutæ direptionis oppidi Vuircepurgensis significatum fuisse, eamq; rem Prin. Electorem approbasse, & Staupicensi bene precatum, & per omnia sibi placere passum, atq; hoc modo ante & post patratum facinus, eius rei consciūm fuisse, scientemq; permisissé, & voluptatem inde cœpisse. Ad hoc respondet Princeps Elector suo loco, & dici & scribi talia de se crimine mere conficto, & si Staupicensis hoca se factum fateretur, aut quod de Princeps Electore hoc vel locutus sit vel scripsit, conuinci posset, eam aduersus Staupensem severitatem usurpare sciret, vt intelligeret ille se in Principis Electoris gratia non esse, alijq; exemplo huius tale aliquid audere deinceps deterrerentur.

Quod autem ipse etiam Staupicius, cum præsentib; illustris, & illustris, generis Principib; & Dominis D. D. Ulrico, Duce Megalopyrgensi, & Ernesto, Duce Brunsvicensi, multisq; ex nobilitate, de hac re compellaretur, inficiatus sit factum, Princeps Elector Illustrissimos illos Principes, & viros nobiles, testes citat, qui hoc ita se habere sciant & testari possint, Quibus addit & per literas a Staupicensi excellitati ipsius datum
201
respon-

responsum, cum nota, M, earumq; literarum testimonia, quas hic ad Ducem Iohann Fridericum ipsum scripsit, & alteras ad proscriptum Grumpachensem huius, quas de hac re binas ad eum misit, quibus se excusaret, quarum & ipsarum exempla infra cum N, notata cognoscere licet, in quibus cum huius sententiae verbis vtaatur: *Quicunq; hoc de me loquitur, scelerato & nefarie in me composito mendacio comminiscitur atq; configit, honesti homines bene intelligent, quid de hoc crimine, cuius Princeps Elector falso insimulatur, sentiendum sit, & Deo iurante, nullo vnc; tempore, ullum vestigium huius criminis in Principe Electore deprehendetur, multo minus veris argumentis conuinci debebit, quod publicam pacem violentia facinora placere sibi patiatur, aut sciens hæc permittat, promoueat aut conciliet.*

Quod vero affertur, non tantum Grumpachensem, sed multorum etiam tam Electorum quam Principum subditos & Fafallos irruptioni Vuircepurgensi interfuisse, hoc Grumpachensem non excusat neq; alleurat, sed hoc nomine maior est culpa huius, cum a multis iam annis singulari diligentia hoc ægerit, vt ex nobilitate & aliis adolescentes homines, legitimæ potestatis dignitatem diminuentibus verbis, magnisq; promissis, & fucata fraudulentay oratione, ad se alliceret, atq; induceret, & facinorum suorum violentiam, inciso magistratu, ipsis persuaderet, operaq; horum ad hæc abuteretur.

Qua de cauſa, & vt huius sceleris architectus, & Princeps proscriptorum, vna cum ijs, quorum pars fuit potestas, iure poena afficietur ea, cuius exemplo alij a talibus facinoribus deterreantur, quodq; proſit ad faci

Imperij eminentis autoritatis, obedientiae legitimae, pacis etiam, tranquillitatis, disciplinae & honestatis conservationem.

Alijsque, qui talia facinora exercuerunt, aut adhuc exercent, a Cæsarea Maiestate par poena animaduersorisque severitas expectanda, in quibus Prin. Elector neminem, ac ne eos quidem, qui se Fasallos huius aut ministros iactitant, exceptos vult, ullisue contra Imperium parci, sed Cæsareæ Maiestati eos, qui publicam pacem manifesto violant, quique proscripti sunt, neque reconciliationem legitimam impetrarunt, puniendos commendat.

Nullam igitur Dux IohanFridericus cauissam habuit, cur ad Principis Electoris apud Cæsaream Maiestatem, ordinesque Imperij existimationem diminuendam, suspectumque eum reddendum, conflictas suspicitorum mentiones & insimulationes spargeret, animisque hominum informaret, aut suam illicitam superbiamque inobedientiam, & contra Cæsaream Maiestatem admisfa facinora, Principem Electorem criminando, eluere tentaret.

Quanta vero sit animi acerbitas, de qua haec proficiuntur, quamue considerationem aut respectum Dux IohanFridericus iuratorum pactorum hereditariorum inter haec præstiterit, Prin. Elector, Rom. Cæsa. Maiestati, proceribus Imperij, atque in genere omnibus & que erga utramque partem affectis, honestisque hominibus, aestimandum permittit.

Quod si Principi Electori pari referre liberet, & Dux IohanFridericus tam ipse quam actiones huius, quales essent et cuiusmodi, in lucem proferendum esset, plura aliquanto, & firmioribus argumentis nitentia, audienda

dienda ei venirent, quæ non gloriofissima ei essent futura, Sed Prin. Elector hac in parte sibi ipse domuiq; Saxonice parcit &c. cum (gratia Deo) sciat se in toto Imperio alium cognitum & re spectatum, quam qualis esse a Durce IohanFriderico falso insimulatur.

Fortassis etiam existimat Dux IohanFridericus, mentione eorum negotiorum, quæ inter ipsum & Episcopum Misnicum, sui Fasalli & ministri caissa, Iohannis Carolouicensis, intercesserunt, Principem Electorem admodum a se perculsum, & eximium aliquid prolatum esse, quod Dux IohanFridericus suæ illicitæ proscriptorum hominum receptioni contraq; pacem publicam admissis facinoribus horum, prætendat, & quo species his aliqua conciliata pigmentaç; & fucus illicitus sit, & audet absq; pudore scribere profiteriq; , irruptionem & direptionem Vircepurgi factam, nullo modo pacis publicæ violationem complecti.

Ad illud vero negocium quod attinet, Ducem IohanFridericum scire volumus, ipsum non esse Principi Electori curatorem datum, vt præscribere ei neceesse habeat, quomodo surarum terrarum ordinum & Fasallorum controversias componere, transigere, dijudicare, aut in his de iure & æquo docere suos debeat, qua de causa etiam hoc loco & ad ordines Imperij de ijs negotijs, quæ ad Imperium nihil attinent, multum verborum frustra impendere non fuerit opus.

Vt tamen & de re breuiter vereç; doceatur, & Ducis IohanFriderici aduersus Principem Electorem exquisitæ malevolentiae causæ demonstretur, ita res habet. Episcopo Misnico cum aliquot Principis Electoris Fasallis controversia incidit, testamenti cuiusdam causa, quod ex Episcopi antecessoribus, vhus ex familia

Carolouicia , aliquando fecerat , in quo propinquis & gentilibus suis , illis indicatis Principis Electoris Fasallis , certam pecuniae summam legauerat , quam is , qui hoc tempore Episcopus est , ipsis tribui non voluit concedere , & sane eo res processit , vt factorum etiam aliquorum aggressiones huius negotij causa suscepere esse potuerint .

Cum vero Iohannes Carolouicensis ad Zussen dorff , Prin. Electoris subditus , præ cæteris , quibus in testamento legata illa pecunia fuerat , hanc causam ageret , Episcopumq; vehementius vrgeret , hoc fuit secutum , vt penes quem superiore tempore Imperium fuit Cæsar Ferdinandus , supra nominato Iohanni Carolouicensi mandaret , quæ occupasset , ab ijs vt decederet , & quæ pecoribus abactis alijsq; modis damna dedisset , ea rependeret compensaretq; , cum huius tamen clausulae iustificatoriæ appendice , si hoc se non facere debere existimaret , eiusq; rei aliquam idoneam causam habet , quam proferre posset , vt in aula Imperatoria , coramq; Maiestatis sua præside , & aulae Consiliarijs compareret , easq; causas , propter quas parere ei mandato non deberet , in medium proferret , neq; dum res decidetur , & antequam terminorum iudicialium temporis elapsa essent , quoq; se commoueret , sed iuris executiōnem expectaret .

Hoc modo lite hac inter Episcopum & Carolouicensem : postq; res sic agi cooperat , eoq; vscq; processum iam fuisse : pendente , & ante adhuc quam vlla amplius vel citatio , vel mandatum , vel interdictum seu inhibitiō , vel huius generis quicq; intercederet , composita transacta q; inter hos res fuit , neq; vlla unq; in Carolouicum proscriptio lata aut publicata fuit , sed Cæsar .

Mai-

Maiestas illum iudiciorum aduersis Carolouicium processum, Episcopo ipso hoc agente atq; petente, prorsus remisit.

Quod vero ad eum attinet, qui in Cæsareæ Maiestatis terris & celebri urbe harum, quendam ex ordine Ecclesiastico cœperit, captiūç in effedo Vngario abduxerit, ita res habet. Cuidam ex Principis Electoris subditis Georgio Carolouicío, cum canonico Budissensi, de iure patronatus in Ecclesiastico beneficio conferendo, controuersia intercessit, cumq; supra nominatus Carolouicius canonicum captum abduxisset, duo ex Carolouicij ministris vna cum canonico & effedo, quo captus uehebatur, in Principis Electoris terris deprehensi & comprehensi sunt, atq; in præfectura Prin. Electoris Radeperga in vincula coniecti, ipse vero Carolouicensis tum eralit, neq; deprehendi aut in vincula redigi potuit. Ut autem in hoc negocio eum se præberet Prin. Elector, quo intelligi posset, talibus facinoribus ipsum minime delectari, hac de cauſâ Cæsari Ferdinandi non tantum a se obtulit, quod contra captiuos illos iustæ poenæ animaduersionem prosequi atq; exequi vellet, sed hos ipsos, cupiente ita Cæsare, e terris suis in Bohemiā captos abduci, Cæsareæq; Maiestati tradi permisit, vt Cæsarea Maiestas ipsa de sui iudicij sententia ad poenas de his meritas legitime expediteç sumendum, procedere pergereç posset.

Cumq; eo tempore in profugum tum Georgium Carolouensem a Cæsarea Maiestate, regni Bohemicī, eiusq; corpori haereditaria coniunctione insertarum regionum, & non Romani Imperij, proscriptio ferretur publicareturç, (sicut & proscriptionis illius mandata non in Cæsareæ Maiestatis ipsius Imperiali sed aula Bohemica

hemicæ Cancellaria conscripta & edita fuerint) nihilo
tamen minus Prin. Elector non tantum in suis hunc ter-
ris sciens manifestoue non tulit, sed proscriptionem eti-
am editam in oppidis & terris suis , atq; aula etiam sua
publicari, mandatumq; de hac in valuis arcis eius,in qua
tum Princeps Elector ipse degebat , aulæq; suæ sedem
habebat, proponi curauit, neq; propinquorum pro-
scripti aliorumq; precibus,adduci se passus fuit , vt ali-
quam pro hoc intercessionem susciperet, vt quid am-
plius in hoc negocio facere debuerit, Prin. Elector non
intelligat, siquidem & eius temporis Cæsar. Maiestas in
Principe Electore omnino his contenta acquieuit,satisq;
habuit,neq; ullam uel per literas vel alio modo significa-
tionem dedit , quicq; hac in parte quo offenderetur a
Prin. Electore admissum esse, quodue in ipso require-
ret. Postea vero , & viro adhuc Cæfare Ferdinando,
hoc secutum fuit, vt Georgius ille Carolouicensis cer-
tis conditionibus apud Cæfaream Maiestatem reconcil-
iationem impetraret, itaq; Bohemica tum proscriptio,
quæ & absq; hoc, sicut scriptum huius docet, sacri Ro-
mani Imperij loca non complectitur, extincta sublataq;
fuit, vnde & ab eo tempore, & nunc etiam, post recon-
ciliationem partam, sublatamq; proscriptionem , in suis
terris eum an ferret,magnopere sibi curandum non pu-
tauit , cum & in Cæsareæ Maiestatis terris libere tutoq;
obuersetur , neq; huius negotijs cauilla a quoq; iam com-
pelletur aut appelletur amplius.

Quod autem Princeps Elector Stolpenam possi-
det, quæ aliquando in Episcopi Miseni ditione fuit, eius
rei iustum titulum iustasq; rationes habet , quibus ad se
peruenit, neq; haec res illam Carolouicensis cauillam
quicq; attingit, aut aliquid cum hac commune habet,
sed

sed prorsus est ab ea se iuncta , & re atq; veritate sic ha-
bet. Postq; Episcopus Misnensis Principis Electoris o-
pera opeq; ad Episcopalem dignitatem peruenit, grati
a se animi memoriam obtulit , & peculiariter etiam de
certis quibusdam rebus & capitib; (quæ simul tam ip-
si quam ditioni illi pro horum temporum conditione
bono essent) suapte sponte & voluntate ac studio, manu
sua scripto exarato se obligauit , quæ vero hoc scripto
suo receperat Episcopus, eorum paulo post cum digni-
tatem eam consecutus esset, capita certa, imprimis quæ
ad Religionis negotia pertinebant, hinc inde quæstis
elabendi diuerticulis, praestare distulit, aliquibus etiam
ex ijs capitib; contrarium quod esset admisit, qua de
causa Princeps Elector facere non potuit quin eum nō
semel de hoc humaniter admoneret, Tandem etiam
per Consiliarios suos, pro eo, vt res postulabat, cum ipso
colloquium institui & varia ei in mentem vocari consi-
derandaq; subiici curaret, quæ hoc est consecutum , vt
Episcopus inconsiderate scriptas literas ad Principem
Electorem mitteret, quibus non tantum promissionis il-
lius pristinæ suræ capita, mutata volumtate , quod rescin-
dere vellet, neq; ea prosecuturus esset, præ se ferre , sed
Principem etiam Electorem asperius quam deceret, ap-
pellare ausus fuit. Cum vero respondens ad hæc Prin.
Elector per literas significationes daret eiusmodi, se qui-
bus pro huius negocij conditione & occasione e qua
extitisset, opus esset, ea instituturum atq; assumturum
esse, Episcopus Stolpena sua sponte relicta inde disces-
sit, & ad Cæfaream Maiestatem eam , penes quam sur-
periore tempore Imperium fuit, concessit, cumq; diuer-
si generis accusations contra Principem Electorem
apud Cæarem usurpasset, hic, vt iustus Cæsar, a Principe

F

Electore

Electore reſponſionem ad illas, qua, quomodo ſe res ha-
beret, doceretur, poſtulauit, id quod Prin. Elector per
literas fecit, ad quas Cæſarea Maieſtas nullum graue
aut ſeuerum mandatum, interdictum aut inhibitionem,
aut offensi animi ſignificationem complectentes literas,
quibus Prin. Electoris cauſam vlla minima mentione
culparet, ſed tantum per benignam pro Epifcopo inter-
ceſſionem ad Prin. Electorem ſcriptam vſurpauit, ſicut
& Cæſareæ Maieſtati ipſius, qua offendetur, cauſa
nulla oblata fuit. Poſtea amplius hoc etiam fecutum eſt,
ut Cæſarea Maieſtas huic negocij cauſa Legatum ad
Prin. Electorem mitteret Ioh. a Slieben, ſuperioris Lu-
ſatiæ præfectum, qui humaniſſima mandata habuit, ad
tractationem in comitijs Imperij instituendam, & qua-
dam, qua Epifcopus a ſe demiffe offerret, Cæſareæ
Maieſtatis benigniſſimam interceſſionem factam, dire-
cta.

Cumq; Princeps Elector ad hæc ſcriptum reſpon-
ſum legato dari tradiq; curaſſet, quo ſe ad eas, quas ac-
cuſationes a ſe factas Epifcopus haberi vellet (etiamſi
nihil harum tum vna miſſum fuiffet) non tantum ſuffi-
cientem ad modum excuſaret, ſed etiam animi ſui, quod
ad Epifcopatus illius ditionem attineret, erga Cæſ. Ma-
ieſtatem, & ſacrum Rom. Imperium, conſtitutionemq;
de pace in Religionis negocij facta, ſententiam, ſub-
miſſe, & ſicut par erat, declararet, hocq; Electoris re-
ſponſum legatus ille ad Cæſ. Maieſtatem retuliffet, is,
qui tum Cæſar fuit, eo acquieuit, neq; Prin. Electoris
animum in hoc negocio vlla amplius actione attentauit,
multo minus, quod faceret ei mandauit aut imposuit.
Epifcopus autem poſtq; vel parum decentes vel nullis
fundamentis nitentes actiones ſuas intelligere cœpit, &
quid

quid fecisset agnoscere, ad Principis Electoris Consilia-
rios misit, demissęq; a se omnia obtulit, vtq; pro se ad
Principem Electorem intercedere vellent, ægit. Cumq;
tandem propter ipsius Episcopi demissas sponteç ab
hoc susceptas preces, & quæ a se hic offerret, obtineri
apud se aliquid Princeps Elector passus fuisset, hoc est
consecutum, vt Episcopus ad constitutum diem ex ipsi-
us Cæsareæ Maiestatis aulæ sede, in qua tum degerat, ad
Prin. Electorem Dresdam veniret, cumq; tum ea capi-
ta, ad quæ Episcopus scribendo promittendoç se obli-
gauerat, in manus sumerentur, tandem tractatio illa eo
erasit, vt permutatio fieret, & Episcopus Principi Elec-
tori præfecturam Stolpenam traderet, pro qua Prin.
Elector Episcopo & ditioni huius multos luculentos
pagos, prædia, pensiones, & redditus in pæfectura Mul-
bergensi, vna cum duobus oppidulis, concessit dicaz-
uitq; atq; in simma Episcopus ditionç illa hac permu-
tatione tantum & pene plus bonorum, pensionum, ope-
rarum, fructuum, certorumç reddituum acquisiuit,
quam quantum vñç antea Stolpenæ habuit, aut præfe-
ctura ea suppeditare potuit.

Episcopus etiam ad eum modum permutationem
illam fieri omnino contentus fuit, satisq; habuit, & hoc
nomine gratias ægit, & neq; tum, neq; ab eo tempore
vñç, vlla minima mentione de hac questus fuit, graui-
terue hanc tulit.

Memoratus etiam Episcopus per Consiliarios su-
os peculiariter ad hanc rem constitutos, præfecturæ Stol-
penæ ditioni subiectos subditosç homines sacramenti
obligatione, qua ei deuincti essent, liberauit, Principiç
Electoris concessit atq; subiecit. Idem Prin. Elector in
tradendis & subiiciendis Episcopo utriusq; oppiduli &

pagorum præfecturæ Mulbergensis subdítis, ad Episcopum & ditionem huius, fieri curauit.

Nec vero hoc tantum factum est, vt permutatio ea, in re præsentí subditos tradendo, & in fidem, iuriu- rando ab his præstito, recipiendo, permutationisq; di- plomate confiicio, subscribendo, ob-signando, alijsq; pluribus literis argumentorumq; testimonij solenniter cōfirmaretur, rataq; autoritas huius haberetur, resq; hoc modo conficeretur, sed totum etiam consilium Collegij Misnici, postq; de toto negocio precioq; & aestimatio- ne bonorum, & statu conditioneq; fructibus item & reditibus horum, plane sufficienterq; cognouisset, re deliberata, in hanc permutationem consensit, eamq; approbavit, & peculiare consensus approbationisq; sua diploma confectum, in quo consensionis & approbatio- nis factæ caussæ luceiente expositæ atq; insertæ sunt, cum Collegij illius sigillo consignatum, & Principi Elec- tori tradendum curauit, sicut hæc omnia, si vñs postu- let, diplomatum scriptorum testimonij demonstrari probariq; possunt.

Præter hæc, & vt res magis confirmaretur, Epis- copus de hac permutatione ipse ad illius temporis Cæ- farem referri, eumq; de toto negocio, circumstantijs & caussis, propter quas suscipere-etur, sufficienter doceri curauit, quibus Maiestas ipsius tum acqueuit, necq; vi- tæ suæ tempore his vlla minima aduersatione repugna- uit, necq; Principem Electorem, aut Episcopum, eam ob rem mentione aliqua notauit, aut aliquid horum graui- ter tulit. Idem & a Cæsare, penes quem hoc tempore Imperium est, factum fuit, necq; enim vel hic, vel sacrum Rom. Imperium, hanc rem minima ex parte in Princi- pe Electore impugnant, necq; caussa etiam est, cur velint,

cum

cum illa actione Cæsareæ Maiestati & Imperio prorsus nihil detrahatur aut decedat, sed quod hinc dignitati eminenti horum debetur, obedientiæq; officia, contributio[n]es, & quicquid præterea iuris habent, ea omnia, quantum & ad Prin. Electorem & ad Episcopum attinet, Cæsareæ Maiestati & sacro Rom. Imperio integra conseruentur, atq; hoc nomine cum debita obedientia, ut par est, præstentur.

Ex hac veritate nitente narratione, Rom. Cæs. Maiestas, Electores, Principes, ordinesq; Imperij, & omnes homines, prudenter decernere possunt, quo firmamento in Principem Electorem hoc conferatur, quod Stolpenam non aliter quam per eos, quos in aula sua alat, & qui exquisitis caussis, propter quas negotijs eis, quod cum Episcopo haberent, necessitas afferretur, hostiliter eum adorti fuerint, acquisitam habeat, Quomodo enim hæc omnia acciderint, & ab Episcopo ipso Principi Electori Stolpena permutatione facta & in rem presentem deductione, firmaq; & rata concessione tradita fuerit, non tantum de Prin. Electoris narratione, sed etiam Cæs. Maiestatis ad Electorem literis missis, instructionibus, Episcopiq; ipsius diplomate, quo concessio illa, & quibus de locis fiat, pericribitur, deq; consensu & approbationis Collegij Misnici, & potestatis seu copiæ factæ atq; concessæ, alijsq; diplomatibus evidenter planeq; cognosci potest,

Præterea hoc etiam facile ex his statuere licet, an verū sit ex Principiis Electoris ministris, quos quotidie secum in aula habeat, & qui in comitijs Imperij proximis cum ipso fuerint, aliquos adhuc in proscriptis, & Cæsar, Maiestatis banno esse, & nihilo tamen minus nihil his molestiæ exhiberi aut violentiæ inferri, Quod

enim Joh. Carolouicensis, cui suarum rerum causa Episcopo negocium fuit, nunque proscriptus sit, negotiis umque huius citatione tantum facta substiterit, de qua deinceps ad cetera procederetur, & statim tamen, atque prius etiam quam vterius procederetur, rem compositam fuisse, de ipsis Cæs. Maiestatis edita citatione alijsque ad hanc rem pertinentibus scriptis cognoscitur. Similiter Cæs. Maiestas Electores & Principes ex supra expositis iam cognoverunt, quod Prin. Elector alteri Caroliouicio, qui Canonicum Budissensem in effuso Vngarico abduxit, postque Bohemica in hunc proscriptio lata fuit, nullum in suis terris receptum concederit, sed editum proscriptionis factae diploma (secundum pactorum inter Regnum Bohemicum & Marchionatum Misnicium hæreditariorum constitutionem) publice propozni, ceteraque contra ministros huius suscipi, quæ ab ipso tali in re fieri par esset, curauerit. Cumque reconciliatio ne parta proscriptio iam extincta conciderit, huius nomine Prin. Electori criminis aliquid dari, aut notari Prin. Elector sane non poterit, etiamsi iam inter Principis Electoris ministros, aut in terris huius offendatur, aut in his etiam Imperij comitijs proximis in aulæ suæ familia fuerit.

Præter hæc omnia ex hactenus commemoratis Cæsarea Maiestas proceresque Imperij benigne benevolentierque percipere potuerunt, an ullo modo consistere possit, aut aliqua ratione nitatur, si Prin. Elector dicatur aut arguatur Episcopum ad transactionem permutatis nemique illam suscipiendam vi allata adegitse, quodque occupatas terras huius (vt isti loquuntur, cum non sit una ex his præfectura integra) sine compensatione facta, possideat. Quomodo enim Episcopus ad Prin. Electorem

rem sua sponte agi curauerit, eçp Cæsar is ipsius aula n
Electoris aulam concesserit, quamç benevolie & qua
gratiarum actione illam permutationem acceperit, su
açp sponte Prin. Electorem Stolpenam in rem præ
sentem deduci, eaçp loca ipsi subijci curauerit, & Colle
gij Misnici consensum conciliarit, pluribus testimonij
probari amplioreue expositione demonstrari nihil est
opus, Episcopusq; ipse hodierno etiam die his prorsus
acquiescit.

Princeps vero Elector non parum miratur ipsum
adeo Ducem Saxonæ Iohan Fridericum existere, qui
sanguine ei coniunctus, & in hæreditatis expectatione
feudorum ipsius successor esse vult, eam cauissam, de qua
is cuius res est, ad Prin. Electorem nihil pugnat, sed
contentus ac quietescit, cuiuscq; nomine Prin. Elector neçp
a Cæs. Maiestate neçp sacro Imperio vlla minima menti
one compellatus aut appellatus est, hanc igitur cauissam,
qui de concepta singulari malevolentia, nullaçq; necessi
tate allata, notare, Principemq; Electorem eiusmodi
criminis arguere vellet, Ducem Iohan Fridericum ex
titisse, cum a tali notatione tam apud Cæsa. Maiestatem
quam omnes Imperij ordines liber sit, neçp etiam crimi
nis huius Prin. Electorem ullis veritate nitentibus ratio
nibus aut argumentis quisçq; arguere, multoç minus
conuincere possit, aut rem probare.

Multoç magis Principi Electori hoc inopinatum
mirumç accidit, neçp iniuria animum eius afficit & per
turbat, memoratum Ducem has Principis Electoris a
ctiones, quas Cæsareæ Maiestati probauit, & quarum
adhuc tam ad Imperium quam in vniuersum ad omnes
homines, rationes reddere potest, quarumç Dux ille
neçp initia neçp medium neçp exitum nouit, cum Grum
pachensis

pachensis cruentis, contraq; pacem publicam perpetrat-
is, summasq; poenas & proscriptionem merentibus fa-
cinoribus, comparare, & his etiam, vt quæ grauiores
quam Grumpachiana poenas mereantur, illas antepo-
nere tertiioresq; ducere, nulla consideratione habita,
quod Grumpachensis sacramentum dictum & Feudo-
rum suorum Domino iuratam fidem violarit, quomo-
doq; hic cruenti illius facinoris contra Episcopum Mel-
chiorem cœdisq; huius autor & conciliator fuerit, et po-
stea teterrimam pacis publicæ violationem occupando
diripiendoq; urbem Vitrceburgensem commiserit,
eaq; de cauſa nunc secundum a Cæfarea Maiestate to-
toq; sacro Rom. Imperio consentientibus omnium
ordinum sententijs proscriptio in ipsum lata publicataq;
est, qua omni prorsus dignitate exutus, & in ignominia-
am extremam coniectus turpificatusq; fuit.

Princeps vero Elector tam hanc quam alias gra-
uissime laudentes iniurias atq; contumelias, quibus per
summam iniuriā indignissime affectus est, & quæ in
animo ei cum dolore reputatæ harent, eo quo par est
zelo persequi, deq; ijs rationibus cogitare sciet, quæ ad
tuendam dignitatē Principatus sui, & a laudatiss. ma-
iorib. ad se propagatum nomen & decus, facere possint,
quasq; institui & usurpari res postulat, concessumq; est
& licet. Et sane non nunc primum, aut in hac Stolensi
cauſa Dux Iohan Fridericus Principis Electoris existi-
mationem ad alios diminuere suspectumq; eum redde-
re & obrectationibus implicare incipit, sed hoc multis
etiam alijs in rebus declarauit. Recordari enim ille potes-
tit, quod anno superiori L X V . die April. III. ex
Consilarijs suis vnum Erfordiam miserit, eiusq; loci
Consilio publico toti significari curauerit, quod non
tantum

tantum hominum fama et auditio accepisset, sed multis etiam scriptis edoctus esset, Princem Electorem hoc agere, ut Vrbem Erfortensem in suam potestatem ditionemque redigeret. Id quod ille tantum in aere conceptum collegerat, atque ita aduersus Prin. Electorem, cui hoc nunquam in mentem venit, commentus fuerat & confinxerat, sicut hoc hinc etiam coniisci potest, quod qui legatus fuit D. Henricus Husanus, literas Principis, quas ad Senatum Erfortensem habuit, publiceque recitari curauit, legatione mandatisque confessis, a senatu repetivit, neque post se relinquere voluit.

Cum igitur Duci Iohanni Friderico non sit hoc nostrum huiusmodi quae nulla veritate nitantur loqui & spargere (sicut Electores, Principes & vulgo omnes non latet, cuius facinoris superiore tempore Comitem Suarcepurgensem de Gallicis legatis quibusdam, qui, cum adhuc Deo gratia, in viuis sint, ab ipso intersecti dicerentur, manifesto insimularunt) hoc etiam, & his similia, suo loco relinquendum & honestis hominibus, quid de re sentiendum sit, permittendum est.

Quorum vero praeter haec ad defendendum Grumpachensem ibi mentio fit, quod Episcopo & ditioni Vuircepurgensi nihil detractum fuerit, quodque per transactionem constitutam, sua tantum ille quæsuerit, petiuerit, & consecutus sit, Item quod Episcopus sua sponte aliquot & multis quidem hebdomadibus post invasionem oppidi Vuircepurgensis factam, diligente consideratione habita, & re luculente deliberata, & prorsus maturo minimeque præcipiti consilio, absque vlla coactione & vi, antea constitutam transactionem renouarit, approbarit, confirmarit, ratamque habuerit &c. Hoc igitur Prin. Elector misericorditer illis, direptionibus diuexas

G tis homi-

tis hominibus, ex nobilitate & cæteris, virilis & muliebris sexus, matronis & virginibus, quæ, cum irruptio ea fieret, in oppido fuere, testandum docendumq[ue] relinquit, quidq[ue] ex Grumpachico hoc, pacemq[ue] publicam violante facinore, commodi aut fructus ditio illa perceperit, & an hoc opum aliquid acquisuerit, Et sane etiam de Episcopi Vuircepurgensis scriptis, quæ Princeps hic contra Grumpachensem edidit, hoc plane cognoscere licet, quibus acquiescens Princeps Elector nihil addit amplius. Ad hæc Princeps Elector neq[ue] de memoratis Episcopi Vuircepurgensis scriptis neq[ue] ex alijs narrationibus, quæ sacro Rom. Imperio sapienter expositæ fuere, vñq[ue] intellexit, eum, qui hoc tempore Episcopus est Vuircepurgicus, in transactionem illam consensisse, nedum quod hanc renouarit, instaurarit, confirmarit aut ratam habuerit, Princeps vero Elector Episcopo Vuircepurgensi ipsi ad ea, quæ talem ad modum iactantur, responsionem relinquit, neq[ue] tamen non metuit simul & dubitat, ne, quod Grumpachensis iactat de considerata, luculenter deliberata, prorsus matus ro neq[ue] præcipiti consilio facta renouatione, confirmatione, ratihabitione, atq[ue] adeo tam hæc, quam una cum his cætera etiam, Episcopus vera esse neget, & a Grumpachensis parte difficilis fiat & dubia probatio.

Deniq[ue] ne porro quicq[ue] non prolatum relinquantur, omnisq[ue] de corde bilis reijciatur, & in Principem Electorem effundatur, Dux Iohan Fridericus antiqua & iam pridem composita negotia conquirit & profert, quæ anno X L V I I in Caroli quondam Cæsaris aduersus Ducis Iohan Friderici Dn. Patrem suscepto bello expeditioneq[ue], & victoria parta acciderunt, neq[ue] parcit ille

ille non tantum opt. & laudatiss. Imperatori Carolo,
Cæsariç Ferdinandō, qui ambo Cæsares in Deo quies-
cunt, neq; ei, penes quem hoc tempore est Imperium,
itemq; Electoribus & Principib; qui tum oppressioni
illi aduersariorum cladiç, & cum transactionis capita
constituerentur, affuerunt, sed etiam in officijs obliuio-
ne, ita huius cladi & transactionis mentionem facere
audet, vt quæ proditione & artib. malis conciliata sint,
cum tamen in aperto campo & sicut in militia fieri con-
suevit, res gesta sit, cladesq; illa acciderit, Atq; Ducem
IohanFridericum tum decuisse in Dn. Patre suo ser-
uando maiorem curam, quam factum fuit, adhibuisse,
suramq; præsentiam ei præstisse.

Quomodo autem transactio illa cum capitibus su-
is tum per Cæs. Maiestatem perbenigne, integre, Cæ-
sareamq; Maiestatem decente modo, constituta fuerit,
Ducisq; IohanFriderici Dn. Pater ei subscripsiterit,
eamq; consignarit, ipsum diploma huius ostendit.

Quod vero ad pecuniam contributam incendio-
rum redimendorum caussa attinet, quam tum Prin.
Elector in Duriugia collegerit, res sic habet. Postq; Ro.
Cæs. Maiestas, Duce IohanFriderico Patre capto, castra
inde munitionem Vuitebergensem versus mouit, Se-
xta die post, Domascum venit, qui locus abest Vuite-
berga ad X. M. pass. ibiç consilium militare habuit, in
quo decretum hoc fecit, cum Thurnfernus eo tempore
kopias adhuc in expeditione haberet, varijsq; rumores de
Comitis Alberti Mansfeldensis consilijs volitarent, &
præter hæc Dux IohanFridericus Secundus ex acie
campoç, a Domino Patre suo, in munitionem Vui-
tebergensem, atq; inde in Gothanam fugisset, Neq;
Ducis IohanFriderici Pat, terrarum subditi vel Cæsa.

Maiestati vel Electori Mauricio per iusurandum si-
dem dedissent, traditiue essent, & hoc modo, quid os-
mibus a partibus discriminis accidere posset, non pos-
set constitui. Tum igitur faciendum visum, & ab ipso
Cæsare Regeq[ue] decretum fuit, ut exercitus in Duri-
gam mitteretur, qui seruaret ibi & auerteret, ne illis in
locis nouæ copiæ concurrerent aut congregarentur.
Hoc tum ita a Cæsare ipso constitutum mandatumq[ue]
fuit, Princepsq[ue] Elector, qui tum absq[ue] hoc in castris fu-
it, vna cum Ottone Discavensi, cum copijs certis, itemq[ue]
ex Cæsarib[us] ipsius proprio exercitu vna legio, cui Don.
Petrus de Colonna Imperatorius Commissarius & Ian-
Vualterus Hirnheimensis præfecti erant, eo sunt able-
gati.

Atq[ue] eo tempore, & cum copiæ hæ eo ablegaren-
tur non tantum de transactionis illius capitib[us] nihil ad-
huc constitutum, sed ne tractatio quidem de his aliqua
habita aut suscepta fuit, inq[ue] castris ad Vuitebergam
postea trium integrarum hebdomadum mora interces-
sit, anteq[ue] de memorata capitum certorum transactione
pertractatum, inq[ue] hanc consensum, & res sancta fuit,
Nam hoc etiam bene longi temporis moram huic nego-
cio obiecit, quod Cæsarea Maiestas Ducis etiam Iohanna
Friderici secundi, qui tum in munitione Gothana erat,
consensum requireret, Interea temporis Prin. Elector
cum exercitu, vna cum Cæs. Maiestatis primarijs du-
ctoribus, in terra Duriogica, constitente ita & man-
dante Cæsare, castra habuit, quodq[ue] pecunia deficeret,
duo constituti primarij Duictores Ioh. Vualter ab Hirn-
heim & Discavensis incendiorum redimendorum no-
mine pecuniam imperarunt, de qua neq[ue] Elector Mau-
ricius, laudatae memoriae, neq[ue] qui nunc est Elector, n[on]
hil

hil quicq; acceperunt, neq; aliquid huius ad ipsos pertine-
nit, sed ad stipendia militibus persoluenda ea pecunia
impensa fuit. Hæc etiam contributio aliquot & multis
diebus anteq; de transactionis capitibus res concludere-
tur non tantum imperata, sed & exacta, maximaq; ex
parte collecta fuit.

Cumq; postea Cæsarea Maiestas Prin. Electori
transactionis capita cognoscenda daret, ipsumq; reuo-
caret, Princeps Elector vna cum primarijs Ductoribus
& exercitu statim inde castra mouit, atq; hæc ex terra
Duringica decessio circiter diem tertiam ab eo die, qui
transactionis sanctitæ & conclusæ dies fuit, & ascriptus
extat in Diplomate huius facta est, vñq; adeo Princeps
Elector ad Cæsareæ Maiestatis mandatum hac in re ni-
hil est moratus.

Ex hac vera narratione, quam Prin. Elector hodi-
erno etiam die hominum militarium, qui in viuis sunt,
aliorumq; dignitate auctoritateq; præstantium, testimo-
nijs probare planumq; facere potest, clare cognoscitur,
Principem Electorem eam in terram Duringicam ex-
peditionem non suo nomine aut a se suscepisse, sed quod
ab ipso Cæsare hæc mandata constitutaq; esset, quod &
vt faceret, summa tum ei necessitas allata fuit, siquidem
vt tum iudicauit, non hoc satis habendum fuit, quod
Dux Iohan Fridericus Pat. captus teneretur, sed de ter-
ris etiam huius Cæs. Maiestas certa esse, & has manibus
tenere voluit, ante quam cum maiore natu filio de trans-
actionis capitibus tractationes susciperet, quo hoc eti-
am ipsum impulit, quod non tantum Thurnernus exer-
citum adhuc collectum tum integrumq; haberet, sed
aliquot insuper peditum cohortes in Duringia versa-
renur, quibus Georgius Creizus præfectus fuit, quæ

post cladem Mulbergensem in munitionem Gothanam
concesserant. Præterea ex his omnibus cognoscitur,
de exercitu in illa loca mittendo decretum fuisse, et quæ,
dum ille ibi fuit, acciderunt, non post transactionis con-
stituta capita, facta, sed bene longo tempore ante insti-
tuta & suscepta fuisse, & quod post conclusa & sancita
transactionis capita ad Cæs. Maiestatis mandatum, inde
fuerit discessum.

Quomodo igitur consistere hoc potest, quod Prin.
Electorem Dux IohanFridericus arguit, Prin. Electo-
rem eo tempore, quo Dn. Patri illius reconciliatio con-
tigerit, et transactionis capita iam constituta, gratiaq; pax
& securitas per omnia denunciata fuerint, tum igitur
in Ducis IohanFriderici fratribus suorum terras expedi-
tionem eum fecisse, & incendiorum redimendorum
nomine gratiam contributionem ab ipsis accepisse eisq;
extorsisse? Qua etiam audacia & temeritate memoraz-
tus Dux Principem Electorem arguere audet, hunc
illas res, contra Cæsar. Maiestatis transactionis capita,
pacemq; publicam, suscepisse atq; regisse: cum, quic-
quid in his negocij factum fuit, ea omnia a Cæsare ipso
instituta, constituta & mandata, partim etiam ipsius Cæ-
saris proprio exercitu confecta fuerint, Cæsareaq; Ma-
iestas longulo tempore, anteq; transactio fieret, pacisq;
publicæ constituendæ & confirmandæ caussa, & non
contra hanc, ea instituere suscipere & mandare necesse
habuerit. Omnes omnino, qui hæc cognoscunt, sine
dubio dicent & fatebuntur, quæ a Duce IohanFrideri-
co proferuntur, eiusmodi esse, quæ nulla veritate nitantur,
& exquisitam tantum negotij, quod cum Principe
Electore habeat, necessitatem complectantur.

Atq; ut Cæs. Maiestas Electores, Principes & ordi-
nes

nes Imperij, & omnes hemines, hoc planius intelligent,
non potest Prin. Elector hos celare, huius negotijs de
percepta ex incendijs redemtione pecunia, a Duce Ioh-
an Friderico Patre mentionem factam tum, cum de
quibus in transactione constituta non liqueret, temporis
bus Ducis Electoris Mauricij, Principis Electoris fra-
tris, ad Carolum Cæsarem (latitudinæ & honoratæ
memoriae) tractationes susciperentur, In illis igitur Li-
quidationis huius actis etiam de hac caussâ tum Princi-
pem illum, alio tamen modo, & maiore cum moderati-
one, protulisse, quæ & tum ab amplissimæ mentionis
Electore Mauricio luculenter & præclare refutata sunt,
Et postea totius liquidæ explicationis seu liquidationis
illius negotium, ad quam hoc caput pertinet, quod & in
Naumburgicis tractationibus iterum a Duce Iohan-
Friderico Pat. Electore nato, ipso, inter alia, repetita
tum mentione, agitatum fuit: per transactiones, quas
hic Princeps huiusc filij, atq; inter hos, hic etiam Dux
Iohan Fridericus Secundus, cum Principe Electore con-
stituerunt, penitus compositum, transactum sublatumq;
esse, huius sententiae verbis: *Redimendis incendijs*
collectam, contributionumq; pecuniam, quam unus ex
alterius terra accepit, itemq; XXIII. M. Aur.
quæ postquam de transactionis capitibus constitutum
fuit, a Parte Wimariensi exacta dicuntur, benevolē
inter nos mittere volumus. Quidam igitur Duci
Iohan Friderico iam hoc licet, aut hoc eum decere pos-
test: transacta & composita atq; seposita etiam negotia,
contra transactiones de his constitutas & obsignatas,
rursus proferre, retractare, notandoq; renouare & re-
dintegrale, & omnes summas illas contestationes & fiz
dem.

dem datam, quæ in Naumburgensi transactio[n]e confi-
cienda intercesserunt, penitus negligere, horumq[ue] om-
nium obliuisci.

Quod tamen contra hanc Dux IohanFridericus
composita negotia retractat, & quæ coaluerunt vulnera
refricat, eo ipso satis declarat quo loco Cæsareas tran-
actiones diplomataq[ue] & obsignationes factas, & iurata
pacta hæreditaria, habeat, quantumq[ue] hæc apud se vale-
re patiatur. Et habet hæc res hanc speciem, capita tran-
actionis primū constitutæ, & cæteras quæ hanc secutæ
sunt, atq[ue] ita transactiones singulas & vniuersas apud
hunc Principem eandem habere efficacitatem pariq[ue]
loco esse, neq[ue] hæc magis quam illa, ut seruentur, ab ipso
curari. Id quod Prin. Elector merito ab ipso expecta-
re non debuit, cum inter Principem Electorem & Dux-
cem IohanFridericum constituta transactio, non tan-
tum a Duci IohanFriderici Domino Patre, & ipso Ioh-
anFriderico, & vtriusq[ue] terrarum proceribus, alijsq[ue]
Electoribus & Principib[us], sed etiam a Cæsare Ferdinando
Regeq[ue] Danie[re], laudatissimæ & beatæ memoriae,
obsignata & confirmata fuerit.

Præter hæc omnia, Prin. Elector, ex legatis Impe-
rija Duce IohanFriderico dato responso, ijsq[ue] literis,
quas ad Electores & Principes hic misit, itemq[ue] ex infra
adiunctis typis expressarum literarum exemplis, quæ in-
ter Prin. Electorem & Ducem IohanFridericum Grum-
pachensis cauſa intercesserunt, ex his igitur omnibus
hoc etiam Princeps Elector cognoscit, se a Duce Iohan-
Friderico argui, quod Duci IohanFriderico, quorun-
dam infamium & facinorosorum hominum, terrore
extortis, nudis, vanisq[ue] confessionibus, maculam asper-
serit, & quod Prin. Elector literis quibusdam ad Dux-
cem

cem IohanFridericum scriptis (quarum supra cum I.
notatarum mentio facta est) ex duorum captiuorum
confessionibus, ipsum Duce IohanFridericum incu-
set , quod hi duo captiui a Duce IohanFriderico ad
Principem Electorem tormenti globo interficiendum
missi essent, atq; hoc etiam tituli loco illis literis Dux Io-
hanFridericus præscribi , legatisq; Imperij cum huius-
modi inscriptione notatas tradi curauit, itemq; in Ducis
IohanFriderici literis (quarum iam sæpe mentio facta
est) ad Electores & Principes missis, quæ diem X VIII.
Iulij, & locum arcis Grimmestein, quando & vbi datæ
sint , ascriptum habent , in his igitur & ipsis Princeps
Elector hoc nomine grauissima mentione notatur , &
tandem a Duce IohanFriderico sic concluditur , Prin-
cipem Electorem Ducis IohanFriderici honori , capiti,
vitæ, terris & subditis insidiari. Etsi autem omnes qui
illas cum I. notatas Prin. Electoris literas : ex quibus
Dux IohanFridericus hanc in Prin. Electorem falsam
calumniam & contumeliam extorquere interpretando
conatur : vel legunt vel legi audiunt , prorsus hoc fal-
sum esse reperiunt , & nullum verbum in illis literis
contineri, quo Dux IohanFridericus harum rerum ar-
guatur, sed initium, medium & extremum illarum lite-
rarum de proscriptis est , horumq; contra Principem
Electorem cruentis consilij, omnisq; earum literarum
petitio tantum eo directa fuit, vt Dux IohanFridericus
iuratorum pactorum haereditariorum meminisse , &
quæ iam toties ad eum ageret, ijs locum concedere, pro-
scriptisq; contra Imperij decreta, Cæsa, Maiestatis man-
data , & pactorum haereditariorum fidem , ne sedem
concedere aut hos tutos præstare vellet. Ex quibus o-
mnes intelligere & statuere possunt , an Prin. Elector

H tali

tali Epistola causam præbuerit aut commeritus sit, vt a
tanta propinquitate sibi coniuncto consanguineo suo,
honor atq; existimatio ipsius ad tales modum petere-
tur, eaq; contumelia per totam Germaniam sparsa affi-
ceretur, Ac cōtra potius hoc negari nequit, in Prin. Elec-
tore per summā iniuriā hoc conferri, innocentemq;
& falso argui, qua consideratione prorsus iam superura-
caneum fuerit Ducis IohanFriderici aduersus Electo-
rem iniuriosum malevolumq; animū pluribus argu-
mentis demonstrare probarec̄. Hæc igitur etsi ita se ha-
bent, Cæs. tamen Maiestas, Electores, Principes & qui-
buscumq; hæc Prin. Electoris responsio offertur, benignissime,
amicè & certo se doceri patientur, Principem
Electorem statim post amice scriptas literas eas, quarum
iam mentio facta est, alteras suas ad Ducem IohanFrī-
dericum misisse, tercia die Iulij datas, & supra etiam cum
nota, K, indicatas, quibus in literis Princeps Elector
Ducem IohanFridericum peramice, & sanguinis con-
junctionem decente modo, excusat, atq; simul triplici-
um confessionum, diplomatibus ad hoc instructis com-
prehensarum, exempla, notis numerorum, v.v.i.vii. si-
gnata, transmittit, fideliq; & beneulo animo significat,
quomodo, cum alter ex captiuis, qui initio Ducis etiam
IohanFriderici mentionem fecisset, in quibusdam, de
quibus confessus esset, se reuocasset, vrgeri hunc, & vt
veritas exploraretur operam impendi curasset, ne quis
quam, in primis autem Dux IohanFridericus, vlla hac in
parte iniuria afficeretur. Has literas Dux IohanFride-
ricus aliquot diebus ante, quam Legatis Imperij illud
responsum daret, accepit, id quod ipsius Ducis Iohan-
Friderici propria Epistola & confessio ostendit, cuius
exemplum cum, O, notatum his adiunximus, in qua
Dux

Dux Iohan Fridericus se illas modo indicatas cum nota,
K, literas accepisse, ad Principem Electorem fatetur,
atq; simul de coniugis suae lato partu significat.

Postea vero, & duodecima primum Iulij die,
cum legatis responsum daret, Principisq; Electoris literarum exempla adderet, de hac vltimo loco, & K nota indicata epistola, aliquid significare prorsus omisit, tacendoq; res dissimulata fuit, necq; Electoribus & Principibus, ad quos Principis Electoris existimationem illo modo petiuerat, huius etiam exemplum transmisit, & hoc modo contra conscientiam suam, consulto omissa de his literis significatione & suppressione harum, vt dictum est, vanum illud & confictum proferendo, quod Prin. Elector honori, existimationi, capiti & vitæ ipsius insidiaretur, Principem Electorem infamauit, obtestationibusq; implicuit.

Hoc vero an sanguinis coniunctionem deceat, & hæc omnia cum admisit, in primis proscriptos, prædones, & latrones consulto recipiendo, tutosq; præstanto, & Principis Electoris in responso illo honorem & existimationem Principatus sui, multipliciter laedendo, hæc igitur committendo an iurata hæreditaria pacta seruarit, & an non ad alia consilia instituenda Principi Electori iustissimæ caussæ afferantur, de eo Prin. Elector Rom. Cæs. Maiestatis, vniuersorum Electorum & Principum, & omnium honestorum hominum cognitionem ferre potest.

Princeps vero Elector, ex his, quæ admissa sunt, suo loco aliter statuere non potest, & hæc ipsius de hac re sententia est, cum Prin. Elector Duci Iohan Friderico ad inauditas huiusmodi quod cum Prin. Electore haberet negotij exquisitiones, Principisq; Electoris infamacionem

famationem usurpatam, nullam omnino caussam præbuerit, sed omnem ei benevolentiam, & quæ consanguineum deceret, præstiterit, Dux autem IohanFridericus contra, ab initio cum primum transactiones constitutæ essent, præcipue vero illo nuper Gothæ dato responsu suo, tam verbis quam scriptis, conficta quædam disperserit, quæ in Prin. Electorem contumeliosa essent, dignitatibꝫ & existimationi ipsius officerent, atq; insuper illas supra indicatas Prin. Electoris beneuole, ingenue, fraterneq; scriptas literas, partim falso, contraq; claram & apertam sententiam, quam verba ostendunt, interpretatus sit, partim ad Imperij legatos silentio dissimularit, suppressasq; non protulerit, Ex his igitur Prin. Elector sic censet quod talia committendo, Dux IohanFridericus, Cæsarum, Regum, Electorum, Principum, & vtriusq; terrarum procerum subscriptionibus & con signationibus constitutas & confirmatas transactiones, iurataq; pacta hæreditaria, & in his Principi Electori datam fidem, violarit, & tam ipse Dux IohanFridericus quam proscripti, Principem Electorem, contra omne ius & fas, contraq; officium, illis omnibus & singulis contumeliosis insimulationibus atq; criminationibus, quarum capita supra sunt explicata, affecerint, & vanis simum ad modum in Principem Electorem ea confinxerint.

Quod vero Ducis IohanFriderici falsæ illæ & confictæ insimulationes hoc Principis Electoris defensionis scripto, cui contradici non potest, firmisq; in hoc argumentis productis, abundantter refutatæ sint, & quæ a Duce IohanFriderico secus quam iustum est, commissa sint, satis superq; probando demonstrata fuerint, ex ijs quæ Prin. Elector hactenus explicauit & probauit, & hoc

& hoc loco repetere necesse habet, Cæsarea Maiestas,
Electores, Principes & ordines benignissime, beneuole
& prudenter iudicare statuerèç possunt.

Primum quod verba commemoratarum transac-
tionum, pactorum hæreditariorum, & sanctionis de
fraterna necessitudine, aperta sint, & sententiam horum
esse negari non possit: *Quod nullus ex Electoribus*
& Principibus qui in pactis hæreditarijs nominantur,
proscriptos homines & prædones ad se recipere, sedem
eis concedere, aut tutos præstare debeat, imò nullus
ex alterius ministris, qui non cum bona gratia à Do-
mino suo decesserit, conducere, aut in ministrum reci-
pere debeat &c. Ducem autem Iohan Fridericum
contra hæc, & in primis contra Cæsaream Maiestatem,
totumq; Imperium, proscriptum Grumpachensem vna
cum complicibus suis receptasse, tutos præstitisse, de-
fendisse, protexisse, prædones, latrones, & alios, qui nō
tantum intra & extra Ducis Electoris terrarum fines,
iter facientes spolarunt, interfecerunt & abduxerunt,
sed ipsius etiam Principis Electoris personæ, terris & di-
tioni hostiliter insidiati sunt, Tales igitur, quod partim
inter ministros suos receperit, partim tutum receptum
in munitione Gothana eis concesserit, protegendoq; &
tuendos suscepserit, neq; cum hoc ad ipsum ageretur,
proscriptos comprehendendi aut custodiri curare, neq; iuris
contra illos persequendi copiam præstare administrare
voluerit. Non potest etiam Princeps Elector hoc
loco, & cum dolore quidem suo, commemorando præ-
terire, quod Dux Iohan Fridericus contra tam propin-
quam sanguinis coniunctionem, contraq; sape iam me-

morata fraternæ necessitudinis pacta , fugitum illum
supra nominatum silvestrum curationum admini-
strum Georgium Tubel(de quo per totum ferme Rom.
Imperiū fama percrebuit, quod Principem Electorem
in silvis tormento interfecisset, ut hac de caussa pleriq;
ex Electoribus & Principibus Imperij, atq; externo-
rum etiam eximia potentia prædicti aliqui , vt Hispanæ
& Galliæ Rex, alijsq; Principi Electori propinquitate
coniuncti, & benevolentes, ad Prin. Electorem perhui-
maniter & dolenter scripserint) hunc igitur Tubelum
quod Dux Iohan Fridericus ad se Gotham receperit, &
longo tempore fouverit, quem & (sicut iam ipse fateri
dicitur) Grumpachensis hortatus fuit, & hoc ad ipsum
ægit, vt ad Principem Electorem vel capiendum uel in-
terficiendum operam suam conferret, cumq; hoc in se
recipere recusaret, in tantum odium apud illos venit, vt
capiti & vitæ suæ metuere, & statim inde aufugere ne-
cessa haberet.

Quam vero beneuole hoc , proq; sanguinis con-
iunctione , & quam gloriose factum sit, Princeps Elec-
tor Duci Iohan Friderico, vbi ad se aliquando redierit,
testandum atq; defendendum relinquit. Quid autem
haec ita se habeant, ex Electoribus & Principibus, & tam
ex nobilitate quam alij quidam nouerunt, qui illum
Georg. Tubelum Gothæ viderunt, cum eo locuti &
uersati fuerunt, deq; hoc commemorato negocio certo
cognouerunt, atq; si quando res coegerit, pluribus tes-
timonijs probari planumq; fieri poterit & debebit,
Atq; statuere ex his vnuſquisq; poterit, quæ a Duce Ioh-
an Friderico supra commemoratorum in pactis hære-
ditarijs verborum consideratio habita fuerit, & quomo-
do ea seruarit , quibus nimirum hoc prescribitur,
Iuramus

Iuramus & spondemus, quod nos, nostri hæredes posteri, omni tempore vitæ nostræ, fraterne & amanter inter nos complecti, colere, commodare, vñusq; pro altero dicere, alterius damna auertere, commoda re & verbo fideliter procurare, etiam corporum & facultatum, terrarum & subditorum operas & opes ad nos inter nos iuuandos fideliter conferre debeamus.

Sciret Prin, Elector Sax. hæc omnia, pro ipsorum negotiorum conditione, aduersus Ducem Iohan Fridericum multo grauiore atrocioreq; mentione introduce re, cum de responso huius, & ad Electores & Principes emissis literis, vñusquisq; cognoscat, quomodo Iudificando, & contemnendo, & contumelijs afficiendo Principem Electorem appetat, neq; tantum, oblitus officij, vt violatorem pacis publicæ eum notet, sed etiam Electorem, quod quam proscripti (quorum causam ut honestorum hominum omni labe culpaq; carere vult videri) turpius ægerit, insimulare non dubitat, non vero tamen & falso criminé.

Quia tamen Prin, Elector semel animum induxit hac in re domui Saxonicae parcere, præsertim cum hæc omnia ipsa se se et puniant, neq; dubium sit omnes honestos homines, quæ Dux Iohan Fridericus admittit, animis suis auersari & detestari, Ideo nihil etiam his Prin. Electori addere libuit, sed his acquiescens ipsa transacti onum & pactorum hæreditariorum iurata verba, quæ omnium in toto orbe terrarum oculis proposita extant, testari & docere finit, quomodo Ducis Iohan Friderici actiones cum his congruant ijsue respondeant.

Secundo

Secundo loco, Cæſ. Maiestas, Electores & Prin-
cipes cognoscunt, quomodo Dux IohanFridericus non
tantum hoc tempore, illoq; cuius ſæpe iam mentio fa-
cta eſt, responſo ſuo, contra iurata pacta haereditaria
ægerit, ſed ab initio, & ex quo transactioſes illæ conſi-
tuſæ fuerunt, non omiferit, Principiſ Electoriſ perſo-
nam, terras, Eccleſias & ſcholas, per Eccleſiaſtici & po-
litici ordinis ad hoc conſtitutoſes infamatores, con-
tumelijſ afficere, & tandem eorum etiam ad ministeria
certa operam manifeſte conduceſe, tuendoſq; & pro-
tegendoſ accipere & recipere, qui partim propter ne-
quam facinora, & contractum æſ alienum, propterq;
prædationes factas, & cædes patrataſ, ex Prin. Electoriſ
terriſ profugiffent, partim Cæſareæ Maiestatiſ & Impre-
rij proſcriptione in banno & banno supremo quod eſ-
ſent publice fuiffent declarati.

Præterea omnes ſummoſum & inſimorium ordi-
num honeſti, & erga vtrancq; partem æque affecti homi-
neſ, ex hiſ hoc etiam cognoscunt, quod, Prin. Electoriſ
crimini datur, in proximo Imperij habito conuentu
conſentientib; ſententijs decretam proſcriptionem, &
publicationem eiusdem, Principiſ Electoriſ molitioni-
bus confeſtam eſſe, Cæſareæq; Maiestatiſ animum per
Prin. Electorem a Duce IohanFriderico grauiſſime ab-
alienatum, (cuius tamen nomine ipſa Cæſ. Maiestas
Principem Electorem excuſatum præſtabit,) Hoc igit
tur crimen falſum eſſe, Principiſ Electori petulanter
iniuriā fieri.

Item: Staupicianum crimen merum eſſe figmen-
tum.

Similiterq; quaे de Episcopo Miſnæ, & vtroq;
Caroluſio, contra Principem Electorem prolata fu-
ere, &

ere, & multo magis vana conficta^q esse ea quæ, quod propter imperatam ad incendia redimenda, pecuniam, pacem publicam violatam haberi voluerunt, se-
cūs q̄ decuit, in medium producta & notata fuerunt.

In primis autem hac narratione firmamentis pro-
positis, satis probatum planum^q factum est, Prin. Elec-
torem a Duce Iohan Friderico falso insimulatum illis^q
ad Electores alios^q Principes obtrectationibus ab ipso
implicatum esse, quod Prin. Elector Ducis Iohan Friderici
existimationem, caput & vitam petat, & de terris
subditis^q huius occupandis consilia ineat.

Nam et si hoc Dux Iohan Fridericus ex Principiis
Electoris ijs literis, quæ I. notam habent, & in quibus
confessionis mentio fit, quam captiuī quidam ediderint,
interpretatione aliena extorquere conatus est, nullum
tamen verbum in ijs literis reperiatur, quod hoc dicat aut
complectatur, neq; possunt aut debent contra claram
apertam^q verborum sententiam (quæ diserte de pro-
scriptis habent, & horum tantum causa Ducem Iohan-
Fridericum de pactis hæreditariis admonent) aliena in-
terpretatione a quo^q eo detorqueri, cum ad antea mis-
fas literas, atq; ita primis, medijs & extremis partibus
sui, tantum ad pacta hæreditaria, Imperij de pace publi-
ca constitutionem, eorumq; qui proscripti sunt aduer-
sus Prin. Electorem cruenta cædem^q spirantia consilia,
de quibus Comitis & Zetuicensis indicio, & diplomati-
bus ex facinorosorum confessionibus conscriptis con-
uicti essent : directæ fuerint, & nullo modo ad Ducis
Iohan Friderici personam.

Quod magis etiam ex eo patet, cum has proxime
secutæ Principiis Electoris literæ; quæ tertiam diem Iulij
asscriptam & K. notam habent: manifeste ostendant,

Ducem IohanFridericum a Principe Electore non tam
tum non insimulatum esse, sed etiam benevolentiss, ab
hoc excusatum, nullo respectu habito, quod pro re na-
ta, & quod Dux IohanFridericus proscriptos illos Prin-
cipisq; Electoris hostes, sciens reciperet, tutosq; præsta-
ret, Principi Electori aliud díuersum in mentem venire,
aliudq; hic dicere potuisset.

Cur autem Dux IohanFridericus, cum hæc ita se
habeant, falsarum interpretationum commentis Prin-
cipem Electorem grauet, illasq; supra memoratas, san-
guinis coniunctionem decentissima affectione beneuo-
lenterq; scriptas literas, cæteris illis adiungendo tum in
lucem proferre neglexerit, Necq; ipse etiam Electorib. et
Principib. has transmiserit, aut legatis perferendas de-
derit, sed occultatas represserit atq; suppresserit, facile
est exputare, Hoc tamen a Duce IohanFriderico nullo
vnq; tempore excusari potest, non magis quam quod
Legatis Imperij tum quædam de rebus notis Gothæ
conficta, quasi Magdeburga scripta essent, pro veris nar-
rationibus callide obtrusit.

Quomodo enim ambo facinorosi illi, in eo, quod
confessi fuerunt, vscq; ad mortem perstiterint, & senten-
tia lata supplicium de his sumptum fuerit, iudiciorum
acta, & quarum saepe iam mentio facta est, conscripta de
his diplomata demonstrant, magnaç; hominum multi-
tudo spectauit & audiuit, itaq; ea etiam omnia, quæ his
contraria in Ducis IohanFriderici responsione afferun-
tur, nugatoria sunt, quæ tam ipse quam proscripti, exi-
stimationis sive cauſa, & ad excusanda ea, quorum pro-
scripti superfluenti probationum copia conuicti sunt,
excogitarunt, & sane mirum hoc videri debet, pro-
scriptum Grumpachensem a Duce IohanFriderico ta-
lem

lem ad modum absq; pudore defendi & purgari , cum Grumpachensis ipse non inficietur , se ad Christoph. Zetuicensem cruenti aduersus Ducem Electorem consilij , de quo supra est commemoratum , mentionem fecisse , sicut Cæs. Maiestas Electores & Principes de exemplo literarum Grumpachij subiecto , quod notam P. habet , perspicere possunt.

Etsi autem , vt consilio illi cruento speciem aliquam conciliat , hoc prætendit , tum ad se de Prin. Electoris literis allatum , quæ de comprehendendo & detinendo Grumpachio ad complures scriptæ essent , eamq; rem sibi consilijs illius suscipiendo causam fuisse , hoc tamen impudens Grumpachij mendacium tempus refutat , quo literæ illæ datæ fuerint , quæ ferme biennio post , cum proscriptus ille iam in illis consilijs versaretur , & nunc primum post dimissum conuentū Augustanum , cum de his sceleribus Prin. Elector comperit , emissæ sunt , cuius rei Prin. Elector omnes Electores & Principes , ad quos de literis talibus in Grumpachensem actum fuit , quibusue redditæ sunt huius generis aliquæ , testes citat ,

Quod autem Grumpachensis de cruentis talibus aduersus Electores & Principes consilijs , non tantum verba facere , sed etiam re exequi soleat , exemplo interficti Episcopi Vuircepurgici patet , atq; Cæsareæ Maiestati , Electoribus & Principibus hoc benignissime benevolentq; considerandum proponitur , quomodo Comitis Suarcepurgensis & Zetuicensis indicia , & quæ secuta est facinorosi & in quatuor partes dissecti Hansi Bemi conducti emissio , hæc igitur quomodo se consequantur interq; se congruant , ostendunt enim in hac cogitatione consilioq; Grumpachensem continenter esse ver-

satum, quo non tantum inter Electorē & Principes domus Saxonicae perniciosa diffidentiam atq; discordiam, & tandem etiam cædes cruoremq; excitaret: qua de caussā & ad Ducem Iohan Fridericum se contulit, instituitq; sertum rutæ in domo Saxonica, sicut aliquando in terra Franconica de aquila rubra fecisset, & ipse gloriari consuevit, lacerare: sed etiam, si hoc non procederet, Principis Electoris Sax. capiti, vitæ, terris & ditioni insidias strueret. Atq; ille sane ad hanc rem omnes rationes adhibuit, nihilq; omisit usurpare, quod ad Prin. Electorem grauibus obtrectationibus implicandum, huiuscq; existimationem diminuendam & personæ ipsius, præsertim apud nobilitatem, detrahendum, facere posset, hoc quidem consilio, & in hunc finem suscipiens ea omnia, ut vbi ipse vna cū insidiosa, cruenta cædemq; spirante factione sua, virulentis calumnijs & mendacij suis odia hominum in Prin. Electorem concitasset, occasionem postea circumspiceret, opeq; ex nobilitate eorum, quos callidis & blandis fucatisq; & vncis sermonibus, magicisq; præstigijs sibi conciliasset, in Principis Electoris terris & subditis seditioni animi sui libidinem expleret, & postea nobilitatis aduersus Principes seditionem, quam a iuuentute sua usq; molitus fuisset, conficeret, sicut hoc ostendunt ea, quæ in Imperij, alijscq; deputatis conuentibus, ad Cæs. Maiestatem, Electores & Principes scripsit, in quibus de multis ex nobilitate milibus scribitur, qui cum ipso faciant, & tandem eo ferme rem perduxit, ut præsertim iuvenes ex nobilitate homines, Dei ipsius, & Magistratus legitimi, eorumq; quos feudorum suorum Dominos habent, terræq; Principum, iram prouocare, & hos prodere mallent, quam quod seni ipsorum, sicut Grumpachensem appellant,

pellant, contrarium esset, admittere; Inde factum est ut tam multorum ex nobilitate honestorum & bonorum hominum liberos, rerumq; imperitos adolescentes ad direptionem oppidi Vuircepurgici persuadendo impulerit, & hanc ab ipsis operam obtinuerit, eaq; re quo runderam ex his vitam, existimationem & fortunas perdidit.

Quam etiam misericordiam ijs in periculo oblatu præstiterit, quamq; mercedem eis rependerit, res docuit,

Reliquæ proscripti Grumpachiensis virtutes, quibus a puero ornatus fuit, Episcopi Vuircepurgici opera, & typis expressis scriptis, satis in lucem prolatæ sunt. Quomodo autem peculiariter Ducem Iohan Fridericum in Principem Electorem incitauerit, spemq; ei fece rit magnæ potentia, quam esset ei conciliaturus, quodq; Ducis Electoris terras & subditos, intra certum tempus ab ipso præfinitum, absq; bello & armis, nulloq; vt dicitur gladio districto, in Ducis Iohan Friderici potestatem esset redacturus, multis honestis hominibus constat, & suo tempore manifestius fiet.

Etsi autem, quicquid contra pacem publicam admisit facinorum, ea, mentione Marchioni Alberto a se narratae operæ excusare, & hanc illis speciem obducere, & de fortibus factis suis gloriari solet, exitus tamen ostendit, quos fructus operæ Grumpachicæ Marchio Albertus percepit, vt nihil dicatur quam grauia sëpe de ipso hic Marchio locutus sit, & fortassis nunc etiam honesti homines reperiri & produci poterint aliqui, quibus constet, nullum hominem ex morte Marchionis Alberti maiorem læticiam percepisse, quam ipsum hunc proscriptum Grumpachium, cuius rei sua illum

conscientia , si aliquam huius scintillulam haberet, con-
vincere potest.

His igitur omnibus ita se habentibus , Prin. Elec-
tor minime dubitat, Cæs. Maiestatem, Electores, Prin-
cipes & ordines Imperij, ad quos Dux IohanFridericus
typis expressa aliaq[ue] scripta sua misit , aut qui alias de his
rebus cognoverunt, huic Prin. Electoris veræ defensio-
ni, benignissime , benevolenter & humaniter locum
concessuros, fidemq[ue] habituros esse, Principemq[ue] Elec-
torem quantum ad vanas criminationes & insimulati-
ones illas attinet sufficienter excusatum habituros , eti-
am Electores & Principes, qui illas sæpius iam memo-
ratas transactiones, pacificæ hæreditaria vna obsignarunt
& confecerunt, tam in his negocijs , quam ad Ducem
IohanFridericum, id quod par est , & diplomata ea po-
stulant, præstitueros esse, quod et vt facere velint Electo-
res & Principes illi, Prin. Elector beneuole ad eos agit
in præsentia , Cumq[ue] præter hæc omnia Electores &
Principes, in primis autem Palatinus Fridericus Elector,
Dux Vuilhelmus Iuliensis , & Landgravius Philip-
pus Hassiacus, sciant & meminerint Ducem IohanFride-
ricum , cum Electores & Principes ipsi superiore
Decembri legatos ad eum misissent , nullas prorsus bes-
neuolas & pacificas tractationes admittere voluisse , sed
in visitatis ipsi aduersus Prin. Electorem tumultuosis &
ventosis sermonibus usurpandis perstitisse, Hæc igitur
cum ita illi meminerint, Prin. Elector beneuole sibi de
ipsis persuadet , hos Electores & Principes ea minime
approbare, & Prin. Electoris ad hæc beneuolo, pacifico
& disceptationi commodo, tū dato responso, beneuole
ipsis satisfieri passos, neq[ue] nunc etiam pro sua beneuolen-
tia aliter hoc ipsos accipere aut interpretari, quam Prin.
Electos

Electorem nunq; aliter animatum fuisse, quam qui paci tranquillitati & concordiae studeret, eaq; de causa, toto tempore administratæ gubernationis suæ, multa in Duce IohanFriderico pertulisse passumq;, quibus absq; hoc si fuisset, alio modo occurrere sciuisset, & qualia in posterum ferre non constituit, &c.

Et quanquam huc illuc literis sparsis, modisq; alijs, atq; in proxime etiam habito nobilitatis equestris conuentu in oppido Schueinfort, arroganter de se profiteri, insolenterq; gloriari audet, se præ cæteris Electoribus & Principibus nobilitatem & equestrem ordinem promouere, protegere & defendere, Princeps vero Elector quod hunc premat & grauet, eaq; de causa Prin. Electorem se habere aduersarium, Insimulatio tamen hæc est vana & inanis, contraq; officium facta, quæ ipsa se refutat, & hac de causa potissimum suscepta est, quod Dux IohanFridericus, vna cum proscriptis, nobilitatis seditionem: id quod a pueritate suæ ætate agere cœpit Grumpachensis: in sacro Imperio excitare conflareq; studeant, sicut & ex literæ quas Dux IohanFridericus nuper ad quosdam illustris conditionis scripsit, quo- rum opem & auxilium querit, satis demonstrant.

Quod autem vaniss, ad modum Prin. Elector hac in parte arguatur, cuiusq; nulla ratione conuinci pos- sit, res luculente ostendit, multiplexq; benignitas & beneficentia sufficienter probat, qua Prin. Elector erga honestos & bonos ex nobilitate homines, in Germania alijsq; terris: id quod sine iactantia dictum accipiatur: utitur, hq; qui adhuc in viuis sunt, multamq; Prin. Electoris benignitatem percepserunt, ornatq; ab hoc sunt & beneficj affecti, & adhuc iudicis hæc ab ipso expectant, de re testabuntur, Principemq; Elec- torem

Electorem aduersus calumnias has defendant, & si necessitas afferetur, ad Prin. Electorem vitam & sanguinem copiasq; & opes suas conferent & deferent, quemadmodum & de fideli & honesta nobilitate equestri terrarum suarum, ceterisq; ex hoc ordine, quorum opera vtitur, Prin. Elector nihil prorsus dubitat, Nam quod ad quosdam attinet, qui sine vlla caussa allata cum Principe Electore negotij sibi necessitatem quæsivierunt, præterq; meritum & culpam, Principis Electoris dignitatem illustrem, & famam appetiuerunt, & ad vulgus grauius eum deformarunt, horum caussa non sunt deteriore loco apud Principem Electorem cæteri pacis amantes & honesti ex nobilitate homines, necq; hi caussas habent, quare eorum nomine, qui sua sponte & voluntate mali sibi contrahunt, afficiantur. Item, etiamsi Grumpachensis consilia eo diriguntur, vt vestigia Francisci Sicciniensis persequatur, sicut a iuuentute sua de se loqui co-
stuevit, & nobilitatem aduersus Principes commoueat, constat tamen hoc, etiam in eo ordine magnum esse numerum honestorum, bonorum & integrorum hominum, qui non tantum cum Grumpachensi hac in parte non faciant, sed etiam hunc vt seditionum & conspirationum artificem atq; ventilatorem, pacisq; publicæ turbatorem, sint repressuri, & grauissimas poenas commarentia illa facinora huius animis suis auersaturi, sicut hoc adeo tempore de Franconica nobilitate compertit est, quæ se ijs, quæ Dux Iohan Fridericus & Grumpachensis ad ipsam ægerunt atq; retulerunt, nihil moueri passa fuit, sed vt homines integri, existimationis, & famæ sive, iuris iurandiq; præstiti, quo Cæs. Maiestati & sacro Imperio obligarentur, rationem habuerunt, quod sine omni dubio cæteri etiam ex nobilitate facturi simt,

Deoq;

Deoꝝ & ordinariꝫ potestati obseruantiam suam præ-
stantes, Grumpachensis seditionis consilia & molitiones,
in hac parte nihil sibi obstare, aut se impedire patientur,
quaꝫ res ad æternam et huius temporis salutem iplis ver-
git, Princepsꝝ Elector, ad omnibus & singulis ex no-
bilitate honestis & pacis amantibus hominibꝫ, benigne
beneꝫ faciendum propensis est, & de se hoc police-
tur, Violatores autem pacis publicæ, prædones & latro-
nes, tranquillitatisꝫ communis turbatores, meri-
tam siam mercedem in hac vita & alte-
ra sunt percepturi.

K SE-



SEQVVNTVR EX
EMPLA LITERARVM ET
SCRIPTORVM, QVORVM IN PRIN. ELECTO.
ris responsione & refutati-
one mentio facta
est.

LITERÆ DVCIS JO-
HANFRIDERICI, AD PACTI
HÆREDITARII NECESSITUDINE CON-
iunctos aliosq; Electores & Principes
Imperi &c.

NUMERO I.

POST CONSVENTVM INITI-
um & præmissam salutationem.



N persuasione, quam
de benevolentia uestra, pro san-
guinis coniunctione & propinqua
cognitione, semper concepimus, &
adhuc conceptam habemus, atq; ita
omnino optimo & fidei affectu, non
possimus vestram benevolentiam celare, quod etiamsi
hactenus hinc inde per multos & fide dignos ad nos de-
latum

latum est; Illustrissimi generis Principem, nostrum beneuolum & dilectum agnatum, affinem, fratrem & com patrem, Dn. Augustum, Ducem Saxonie, Electorem &c. callidas omnino & periculosas molitiones contra nos & nostros suscipere atq; exercere, in primis autem hoc operam dare, ut multiplicibus & vanis delationib;. Rom. Cæf. Maiestatis, Domini nostri benignissimi, animum grauissime a nobis abalienet, similiterq; apud dominos & amicos nostros grauissime nos suspectos redere de non licitis & conflictis facinoribus, atq; hoc modo omnibus a partibus amicitias rescindere, maleuolentiamq; & diffidentiam aduersus nos, præter omnem culpam nostram, concitare. Nos tamen propter similem ei, de qua iam commemorauimus, propinquitatis nostræ considerationem, ijs, quæ ad nos hoc modo afferrentur, neq; locum concedere necq; fidem habere voluimus, multoq; minus ad aliquas parum beneuolas cogitationes aut suspiciones de beneuolentia ipsius concipiendas commoueri potuimus.

Postquam vero hoc non multo elapo tempore, non vñæ ab ipsius beneuolentia ipsa ad nos literæ peruenierunt, quibus apertis & disertis verbis eas significationes dat, quod non tantum ex viuis Comitis, vt vñici, & pro negotiis conditione, suspecti hominis, prorsus temeraria & vana obtrectatio ne, inhumaniores de nobis diffidentiam, inq; ministros etiam nostros aliquos grauem maleuolentiam & suspiciones concipiatis, sed nunc etiam propter duorum facinororum, vi tormentorum, & questionibus habitis, ab ipsis extortam confessionem, et quæ contra nos etiam, & duos ex ministris nostris, viros fortes & constantes, consiliarios & fideles nostros, Vuilhelnum Grumpachensem & Vuilhelnum Steinensem, coactione vr-

gente hi falsa confictaꝝ ediderunt, his igitur de cauſis, prorsus, minimeꝝ obscure, & nihil dubitans, nostram personam, vna cum memoratis nostris ministris, accusare audeat, quasiꝝ iurata paſta hæreditaria violauerimus, necꝝ seruauerimus, grauibus & asperis verbis nos arguere, cum tamen tam nos quam nostri non tantum conſciꝝ nobis ſimus, nos a tam immanibus, barbaris, infidis, Italicisꝝ consilijs & molitionibus, non tantum, gratia Deo, alienos, culpa vacare, sed etiam quando eius rei, ſicut pro confessione edita gestam eſſe oportuiffet, mentionem fieri audimus, non ſine cauſa, vt Germanus naſtus, & Dei beneficio ſacri Imperij Princeps, animo noſtro vehementer exhorreſcimus, Tacemus interea quod decuifſet benevolentiam ipſius, prudentiam ali quam & conſiderationem vſurpando, ab illis memoratis facinorosis fallas & confictas confessiones tales, ad quæſtiones inconfentaneas, & peculiari conſilio contra nos exquitas, quarum nomine negocij nobiscum neceſſitas exiſteret, tormentorum vi potius non extorquere, quam quaſi veræ & certæ eſſent, ſive etiam de iure & honestate rationisꝝ iudicio fidē mererentur, aut firmitatis viriumue aliquid haberent aut valerent, verbis eas aduersus nos exaggerata & comta tactare, mentioneꝝ tali nos notare & afficere.

Hæc vero a confanguineo noſtro, & cum propinqua cognatione, tum pactorum hæreditariorum neceſſitudine nobis coniuncto, profecta contumelia, taleꝝ probrum & conuitium illatum, cum animum noſtrum vehementiſſime afficiat, ſiquidem hanc ſumمام ignominiam eſſe animo noſtro ducimus, pro ineuitabili neceſſitate nobis allata, Benevolentia ipſius breuiter qui dem & humaniter ad hæc respondimus, noſtrorumꝝ

ſupra

Supra nominatorum ministrorum submissas narrationes
& oppositas excusationes vna transmisimus, quorum om-
nium, & quid parum beneuole, vt omnino quasi tor-
res ad focum gnauiter componendo inflammentur, &
alienationibus & discordijs pabulum luculente suppe-
ditetur, ad hæc rescriperit, vera exempla typis expressa
his literis adiuncta transmittimus.

Cum igitur res iam eo loco sint, nosc⁹ nobis hoc
prorsus persuadeamus, nominatum nostrum agnatum,
omnis generis rationibus, & correptis cauissimis, hoc age-
re, vt negocij ei quod nobiscum habeat necessitas affe-
ratur; nec⁹ eo contentus est, quod beneuolentia ipsius
antea opem suam contulerit, quo noster benignus dile-
ctus⁹ Dominus Pater, olim Elector, Iohan Fridericus,
laudatissimæ & Christianæ memoriae, nosc⁹ & noster
beneuolus & dilectus frater & compater Dux Saxonie
Iohan Vuilhelmus, conditionem loci nostri dignitatē⁹
autam Electoratus, & terrarum atq⁹ subditorum maxi-
mam partem amitteremus, eaq⁹ ipse adhuc possideat,
quaæ omnia Deo omnipotenti, eiusq⁹ seuero & iusto iu-
dicio & sententia, animo placido toleranteq⁹ permittis-
mus & committimus, sed nunc iam vterius progedi-
tur, & ad extremum modum nostro honori, capitii &
vitæ, illisq⁹ paucis relictis nobis nostrarum miserarum
terrarum & subditorum reliquijs, periculum & insidias
intendit, sicut hoc etiam nos non latet, vt ab inclitæ men-
tionis Cæsarea Maiestate, Domino nostro benignissi-
mo, seuera contra nos mandata & interdicta ederentur,
inc⁹ supra memoratos ministros nostros, in summa ipsorum
innocentia, denuo proscriptio atq⁹ executio huius
ferretur & publicaretur, non ex postremis autoribus &
conciliatoribus huius rei ipsum fuisse,

Pro his igitur non debuimus intermittere , quin
benevolentiam vestram vt nostrum benevolum & dile-
ctum cognatū &c. appellaremus, deq; graui ægritudine
nostra, in quam adigimur, in persuasione benevolentiae
erga nosuestræ, cōquereremur, benevolū p̄ consilī, opē,
suppetiasq; vestras requirerem⁹, id quod & in præsentia
agimus , amanter a vēstra benevolentia petentes, Prīmū
ne propter hunc conceptum dolorem nostrum, & ma-
ximis cauissim commotam perturbationem, quicq; de no-
bis alieni, quodq; parum benevolum esset, in mentem
sibi venire patiatur , & postea benevolum consilium
suum, quid nos aduersus memorati consanguinei nostri
multiplices & iniustas negocij necessarij, quod nobiscum
habeat , exquisitiones, quod par sit , facere debeamus &
possimus, impertiri, etiam opem suppetiasq; ferre, sicut
hoc de V. B. nobis policemur, & vicissim in simili ne-
gocio a nobis quoquo tempore beneuelle & certo ex-
pectare , omniq; fide re ipsa Deo propicio auxiliante,
percipere debetis, nosq; præstare volumus. His etiam
adiunctum cognoscat B. V. responsum nostrum, quod
nuper omnium Electorum, Príncipum, communiq; sa-
cral Imperij ordinum nomine , in negocio ad fortis &
constantes Consiliarios & dilectos fideles nostros Vuil-
helnum Grumpachensem, Ernestum Mandesloensem,
& Vuilhelnum Steinensem , ipsisq; coniunctos perti-
nente, legatis ad nos missis, ad ea, de quibus vt nobiscum
agerent mandata habuerunt, dedimus.

Etsi autem minime dubitamus ad V. B. iamdu-
dum de hoc allatum esse, non tamen facere potuimus,
quín nostro etiam loco V. B. de re beneuelle docere-
mus, Iterumq; a V. B. amanter petimus, cum B. V. ex
illa sententia nostræ explicatione, quam responsum in-
dicatum

dicatum complectitur, beneuole sit cognitura, quæ a nobis Cæsareæ Maiestati Domino nostro benignissimo cum maxima submissione & obedientia, omnibusq; Imperij ordinib; beneuole & benigne, deferamus, vt pro his vicissim V. B. vna cum cæteris Imperij ordinibus, opem suam conferendo, apud inclitæ mentionis Cæsaream Maiestatem eo hoc negotium summo studio perducere conetur, quo non tantum nos benignissimæ Cæsareæ protectionis, itemq; pacis ad Religionem pertinentis, publicæq; participes simus, sed etiam noster supra memoratus consiliarius Vuilhelmus Grumpachensis, ipsiç coniuncti, nunc tandem aliquando illis grauissimis curis suis, onereç ipsis incumbente, atq; quam nulla culpa sua meriti sunt, sed quæ tantum quorundam pacis non studiosorum & implacabilium hominum molitionibus eis conciliata est, proscriptione publica liberentur, siquidem tam Grumpachensis quam coniuncti ipsi, ad spem ab inclitæ mentionis Cæsarea Maiestate ipsis benignissime factam, aliquoties iam oblatas, percommodas optatasq; occasiones e manu dimiserunt, nihilç magis quam benignissimæ gratiæ reconciliationem, carissimamq; in sacro Germanicæ nationis Imperio pacem quæsiverunt atq; petierunt, atq; nunc etiam nihil aliud cupidiusue intimi cordis desiderio exceptunt. Hocq; modo, quæ hactenus admodum periculosæ diffidentiæ inualuere, e medio tollantur, ob quod nos nostro loco ad gratiam vestræ beneuolentiæ amice, & Vuilhelmus Grumpachensis cum coniunctis, cum omnis submissionis studio, referendam, propensi sumus & parati. Datæ Grimmestein XVIII.D.Iulij,anno &c.
LXVI.

Dei Benignitate Iohan Fridericus
Medius Dux Saxonie &c.

G.V.N.

*GVNTERI COMITIS
SWARCEPURGENSIS SCRL.
PTA CONTESTATIO, QVA RENOVANTVR
& confirmantur, quæ antea narrando & in-
dicando docuerat.*

NUMERO II.



Os Gunterus Comes

Suarcepurgensis hoc Chirographo
nostro profitemur & testamur, postquam
ante hoc tempus Illustriss. Illustrissimisq;
generis Principem & Dominum Dn. Augustum Du-
cem Saxoniae & Electorem &c. Dominum meū beni-
gnissimum, pro fide, qua excelsitati ipsius feudi nomine
deuincti obligatiq; sumus, per præcipuos ditionis ali-
osq; consiliarios ipsius, & per literas indicio facto, sub-
iectissime certiorem reddidimus, quid proscriptus, qui
nomen sibi usurpat Vuilhelmi Grumpachensis, aduer-
sus Ducem Electorem ad nos Gernæ ad siluā Duringi-
cam locutus sit, nempe, cum Dux Elector ipsius & so-
ctorum suorum, præter culpam, capiti & vitæ insidie-
tur, sciri velle, se Ducis Electoris capiti, corpori & vitæ
insidias paraturum, necq; Principem Electorem intra il-
lud tempus & secutiram brumam ante oculos ipsi effu-
giendo obuersaturum esse. Nos autem Rom. Cæ-
sarea Maiestate Domino nostro benignissimo ita po-
stulante hoc tempore in militiam Hungaricam, ad ope-
ram nostram contra perpetuum Christianitatis hōstem
Turcam conferendum, euocaremus, & Deo ita volen-
te fieri

te fieri posset, ut nobis aliquid ibi accideret, hac de causa, ut quæ antea edidissimus indicassemus, magis adhuc confirmantur, & debuimus & voluntus illa hoc chirographio nostro Principi Electori renouare. Iterum igitur dicimus iuris iurandi loco, & sicut hoc a me ut homine militari (nisi nimium forte hac in parte nobis tribuatur) in iure efficacissimum & firmissimum ad modum fieri debet & potest, quod supra expositæ sententia verba, cum cæteris circumstantijs, sicut eas ante hoc tempus Principi Electori Sax. Domino meo benignissimo indicari curauimus, ex ipsius proscripti Grumpachij ore proprio prolata audiuerimus, volumus etiam hoc quoquo tempore, & quandocumque a nobis postulabitur, coram Cæfare, Regibus, Electoribus, Principibus, & præter hos, omnibus hominibus, fateri & proloqui. Atque maioris contestationis caussa sigillum generis nostri hoc loco appressimus. Actum Stolpenæ, XI. D. Iulij, Anno &c. LXVI.

Manu propria. ff.

G R U M P A C H I I R E S P O N S I O P R I N C I P I S E L E C T O R I S S A X O N I A E E T C . L E G A T I S D A T A , Q V A E D I P L O matis instructi forma quod instrumentum vocant comprehensa est Gothæ, D. XXVII. Numeris, Anno M. D. LXV.

N U M E R O III.

In nomine sanctæ Trinitatis, Dei Patris, Dei Filii, Dei Spiritus sancti, Amen.

L

Quod

Quod notum sit & testatum, mandato Illustriss. Illus-
trissimisq; generis Principis & Domini Dn. Augusti
Ducis Saxonie, sacri Rom. Imperij Archimarschalli, &
Electoris, Landgrafij Duringiae, Margrafij Misniae &
Burggrafij Magdeburgi, Domini nostri benignissimi,
hodierna die, quæ est XXVII. Nouembris, Anno
LXV. præsente Illustriss. & Illustrissimi generis Prin-
cipe & Domino, D. Iohan Friderico secundo, Duce
Saxonie, Landgrafij Duringiae & Margrafij Misniae,
nostro etiam Domino benigno, in celsitudinis ipsius ar-
ce & munitione Gotha, Principis Electoris consiliarij
& constituti præfecti, quorum nomina sunt, Vuolius
Schonbergensis ad Nuesorgam & Knuthanum, præ-
fектus oræ montanæ fodinarum metallicarum, Joachim
Robel præfectus Suinicij, & Vuolf. Tiffsteter, copiarium
militarium Ductor primarius, Vilhelmo Grumpa-
chenſi retulerint significaruntq; haec tenus bene longo
tempore tam literis quam coram ad Principem Electo-
rem relata esse, uarij generis quædam, de partim vanis,
partim minacibus sermonibus & scriptis, quæ tu Grum-
pachensis contra Principem Electorem effunderes, quæ
tamen excelsitas ipsius contemisset, quod Princeps Elec-
tor conscientius sibi esset, nihil se contra te & tuos compli-
ces ægisse, quod in honestorum hominum animis ad-
uersus ipsius excelsitatem, cogitationes alienas commo-
viere possit, imo in benignissima tolerantia minus ipsam
fecisse, quam fortasse debuerit.

Postquam tamen ad excelsitatem ipsius iterum a
fide dignis delatum esset, his te Grumpachensem non
tantum non contentum acquiescere satisue habere, sed
etiam diserta huius sententiae verba quod proloquaris &
sones, cum Excelsitas ipsius tuam vitam caputq; petat,
tibiq;

tibiq; Prin. Electoris res notæ sint , velle te contra vna
cum tuis complicibus Principis Electoris corpori & vi-
tæ insidiari, neq; tibi hunc vltra tempus , quod inter id,
quo hoc es locutus, & brumam intercederet, ante oculos
los effugiendo obuersaturum, Principi Electori necessi-
tatem afferri, cum de sanguine ipsius agatur , vt expli-
cationem declarationemq; tuam habeat, an hoc te los-
cutum fatearis, & quæ hac in parte sit voluntas tua , vt
quid deinceps faciendum ipsi sit , Prin. Elector consti-
tuere posset, cupereq; legatos, vt ad hæc sine ullis ambas-
gibus explicite planeq; respondeas.

Ad hæc Grumpachensis retulit significavitq; se
audiuisse, quid nomine Electoris Saxonie &c. domini
sui benignissimi, ipsi, legati huius, ei subiectissime signi-
ficassent, neq; non posse se uere affirmare hos sermones
sibi offerri admodum inexpectatos, mirificos & graues,
remq; esse maximi momenti, cumq; senex esset pauper-
culus, qui absq; hoc multis magnisq; miserijs & ægritudi-
nibus premeretur , postulare quidem res ipsius ad
rem deliberaendam sibi temporis alicuius spacium sume-
re, vt aliqua copia se instrueret, qui ipsi adessent, quam
tam subito habere non posset, petere tamen vt ad com-
municandum cum ijs , quos hoc tempore præsto habez-
ret, secedere ei liceret. Id quod legati Electoris ei per-
misserunt, modo statim illo in loco , in quo eum operiri
vellent, responsionem suam explicate ederet.

Cumq; memoratus Grumpachiūs iterum com-
paruisset, ad ea, de quibus legati retulerant, hoc modo
respondit. Primum se percepisse quod a Principe Elec-
tore hoc ei criminii daretur, quod partim vanos partim
minaces sermones, & scripta , contra excelsitatem ipsius
us effudisset, secundo loco, argui, se Principis Electoris

corpori & vitæ insidiari , ideo quod Princeps Elector,
ipsius vitam peteret &c.

Ad primum autem quod attineret , petere se in
præsentia subiectissime , ut legati Domini ipsorum beni-
gnissimi nomine & loco ei significant , qui illi vani &
minaces sermones aut scripta essent , quæ in Principem
Electorem effudisse perhiberetur , tum se explicatam ad
ea responsionem editurum , absq; hoc enim si sit , neq;
scire neq; posse se vllum responsum quod det in se reci-
pere.

Ad secundum vero quod attineret , idem se dicere ,
esse rem pergrauem , imo caput etiam & vitam ipsius at-
tingere , quod habeat relictum pignus ultimum & pre-
ciosissimum , cum omnibus possessionibus & bonis suis
pulsus sit , eius se argui , quod Electoris Saxonie &c.
domini sui benignissimi , capiti & vitæ insidiaretur , pe-
tere se subiectissime , ut nomen eius hominis sibi ederes-
tur , ad quem illa locutus diceretur , tum se repositionem
suum oppositum , Principemq; Electorem Saxonie
&c. ipsoq; Legatos , certo ei hoc credere , sibiq; persua-
dere debere , si ad aliquem hominem istos sermones a se
habitos esse conuinceretur , non se inficiaturum , etiam si
vita sit ei impendenda , sed non esse hoc nouum , aut hoc
anno , ut dicitur , primum fieri , ad dominos crimina de
aliquo hoc modo deferri .

Ad hæc Principis Electoris Legati Grumpachien-
si responderunt , quod ad vanos & minaces sermones &
scriptiones attineret , cum omnino quæ illa fuissent , & ad
quos effudisset , explicari sibi velit , se de hac re ad Prin.
Electorem subiectissime relatuos , neq; dubitare se
Prin. Electorem tum ad hac amplius aliquid responsu-
rum esse .

Eius

Eius vero ad quem ita locutus esset, cum Princeps Elector ipsius corpus vi tamquam peteret, Grumpachensi autem Principis Electoris res non ignotæ essent, velle se contra, unde cum complicibus suis, Principis Electoris corpori & vitæ insidiari, &c. huius igitur nomen ut ederent, non se a Prin. Electore ullum mandatum habere, sed audiuisse eum, quid nomine benignissimi domini sui Legati ipsi ad eum agerent, & ad quæ responsionem ipsius planam postularent, Nimirum an de scriptis aut sermonibus factis fateretur, & qui esset hac in parte animus ipsius, & si rem de legatorum oratione non recte accepisset, curaturos se ut insuper superuacaneum ad modum ei legendo recitaretur, ne quid ei ad meditationem considerationemque necessariam deesset, quod & ita tum factum fuit, & Grumpachio significatum, iam officij eius esse ut ad hæc absque ullis quaestis elabendi diuer ticulis plane explicatæ respondeat.

Ad hæc Grumpachensis, sicut antea fecerat, iterum respondit, se permanere in pristini responsi sui sententia, nempe de scriptis & sermonibus vanis atque minacibus, quæ in Prin. Electorem effudisse diceretur (nisi huius conuinceretur) rem penitus insiciari. Itemque se eum hominem videre sibi coram fisti, aut ad minimum non men eius edi sibi cupere, ad quem sermones illos habuisse diceretur, Principis Electoris corpori & vitæ se insidiaturum, cum de rebus eius bene ipsi constaret.

Hoc vero non posse se non profiteri & proloqui, cum contra Deum, ius & fas, a fidei obsignatae violatoribus, turpibus, & perfidis sacrificis sua ipsi erepta essent, & in eam adhuc horam usque ab ipsis erepta ei teneantur, Imo caput etiam insuper & vita eius ab his petetur, cum tamen inter Dominum suum Marchionem

Cui ad annos XL. fideliss. opera sua, vscq; ad exitum
vitæ ipsius inseruisset, cum sigillorum violatores & tur-
pes popæ illi, tum eum tandem veneno dato tolli cura-
sent, atq; etiam a Marggrafij patre a puero se educatum
fuisse) inter hunc igitur dominum suum & Episcopum,
transactione constituta, res omnis hoc modo composita
fuisse. In cuius domini ministerio vniuersisq; corre-
ptis fuisse, etiam si feudi sui dominum eum haberet,
tamen hoc feudo ipsius nullo modo fraudi esse debere,
huiusq; transactionis diploma ab ipso Marchione sibi
fuisse traditum, quod tamen quo reposuisset, non
posset recordari, non si de capite & vita ipsius ageretur;
scire se quo hoc peruerterit, habuisse se aliquid litera-
rum in arce Blasseburgi, inter eas an huius etiam trans-
actionis diploma repositum facuerit, aut quo illud una
cum cæteris peruerterit, se nescire.

Se vero de hac Sigillofragorum turpiumq; poparum
petulantia & facinore, legitimo & iusto modo, primum
apud supremum magistratum, Cæsa. Maiestatem, po-
stea ad sacri Rom. Imperij Electores & Principes, sub-
iectissime questum, & vt benignissime ipsi subuenire-
tur, & respectus præstaretur, demisse suppliciterq; pe-
tiuissent. Imo insuper in annum vscq; duodecimum hanc
caussam aduersus illos in iudicio Cameræ ægisse, et si
autem initio ei bona spes facta esset, tandem tamen ad-
uersariæ partis suræ, sigillofragorum turpiumq; poparum
falsis delationibus, omnia fuisse non tantum prostrata,
sed commeatus etiam in Imperio fidem ei negatam,
itaq; coactum se extra Imperij fines in Galliam ut con-
cederet, & quamq; interea temporis, & postea etiam,
Rege Gallæ &c. alijsq; eximiæ potentiae Dominis in-
tercedentibus, ad Cæsiaream Maiestatem, Electores &
Prin-

Principes sacri Rom. Imperij, de subsidio & protectio-
ne subiectissime ægerit, & hæc petuerit, imo Regiam
dignitatem regni Gallici peculiariter etiam quatuor ad
Rhenum Electoribus per literas eum commendasse,
hosq; ei recepisse, vt exercitum, qui in Gallia militasset,
quemq; ipse bene retinere potuisset, dimitteret atq;
dissiparet, se ad æquitatis cognitionem cauiss ipsius ut
perduceretur, & ad sua vt perueniret, operam collatu-
ros. Item se Cæs. Maiestati, Electoribus etiam & Princi-
pibus sacri Rom. Imperij, plenissima copia facta, rem
permisisse, quamcunq; Maiestas ipsius, Imperijq; Elec-
tores & Principes, sententiam essent latiri pronuncia-
turij, æqui boniq; se facturum, Ad hæc nullam se grar-
tiam neq; responsum consequi potuisse, nisi ad aduersa-
rios suos illos sigillifragos in honestosq; popas culpam
deprecaretur, hoc vero se nullo vncq; vita sua tempore
facturum, sed potius senile caput suum abripiendum
præbiturum, imo cum his ne habitaturum se quidem
vitæ sua tempore, sicut & filio de bonis suis concesse-
rit, & hæc ei tradiderit.

Cumq; hoc modo a suis bonis prorsus miserabil-
iter iniusteç abesse atq; exulando vagari cogatur, sua-
que, ad L X. M. auterorum, consumere necesse habue-
rit, quam pecuniam aliqua ex parte ex stipendijs eorum
Dominorum, quibus opera sua inseruiret, accepisset,
Atq; etiam caput & vita eius tuta non esset, (ad quam
rem proprij ipsius cognationeq; proximi consanguinei
fideliter operas suas conferrent) his igitur se cauiss (&
tamen de iure etiam prius edoctum) impulsum fuisse
vt sciscitaretur, an qui per vim ei sua eripuissent, cum
post multiplices actiones suas, & quæcunq; a se detulis-
set, omni tamen ope destitueretur, hos igitur an vim
contra

contra usurpando vlcisci ei liceret, hocq; ei, quod lices-
ret, adiudicatum, & a militaribus quibusdam consilia-
riis suasum fuisse, itaq; ad repugnandum se parauisse, ho-
minumq; copia, qui partim a Principis Electoris pri-
marijs ductoribus ut Staupicensi, ad eum missi fuissent,
inter quos etiam Carolouicius ex Principis Electoris
cubicularijs ministris (aut si qua alia est curatio huius)
fuerit, se instruxisse, oppidumq; Vuireepurgium oc-
cupasse, nihil tamen se aduersus hoc hostiliter suscipere
voluisse, cum cauillas tamen, cur aliter faceret, habue-
rit.

Quod autem in ipsum conferatur Episcopum
Vuircepurgicum a se tormento imperfectum esse, aut ab
ipso ut tormento interficeretur curatum, hoc non esse
factum, fieri sibi in hac parte iniuriam, & si maxime hoc
ita factum fuisset, Episcopum illum hostem suum fuiss-
se, qui non secus quam ipse vnius ex nobilitate filius
fuisset.

Cumq; hoc modo, vt commemoratum est, ab
omni ope destitutus esset, & exulando vagari cogere-
tur, necq; in his terris protectionem reperiret, beni-
gnum Principem & dominum suum, eum qui præsens
sibi adesset, ex benignitate (cum hoc quidem celsitudo
ipsius, non minus quam Principes & domini plures fe-
cissent, negare ei potuisset, in primis hanc ob cauissam
quod celsitudinis ipsius domini patris felicis & laudatissi-
mae memoriae, in superioris temporis bello aduersariis
fuisset) protegendum recepisset, ideo potissimum quod
celositudo ipsius sciret, a Cæsarea Maiestate benignissi-
me ipsi spem factam, negocium ipsius in conuentu Im-
peri instante ad exitum perductum iri, seq; uicissim a
se subiectissime detulisse, repromisisseq;, interea tem-
poris

poris pacificum se erga omnes præbiturum.

Quod si vero in illo conuentu negotium ipsius nondum conficeretur, neq; res componeretur, tum sibi rem Deo esse permittendam, & videndum, quid seni ipsi & confecta ætate homini, qui sexagesimum iam annum ingrederetur, faciendum esset amplius.

Quod vero de Principiis Electoris Sax. &c. rebus ei constare diceretur, hoc sibi mirificum offerri ad audiendum, Numquam enim se cum Principe Electore fuisse, quomodo igitur de rebus huius scire possit, multo etiam magis mirificum sibi cognoscendum offerri, quod misellus ipse, confectæq; ætatis ex nobilitate vnum, cui omnia sua erepta essent, & qui exul vagari cogatur, Principiis Electoris capiti & vitæ insidiari diceretur, omnino hoc multiplicis in ipso stultitiae opus fore, seçp in in eo, quod antea dixisset, perseverare, tales a se sermones habitos, quodq; hac in parte in ipsum conferretur, se prorsus inficiari, nisi quod fecerit, conuincatur, multo minus se Principem Electorem sibi inimicum expetere, sed orare se legatos peramanter, vt hoc nomine se apud Principem Electorem excusarent, plus enim quā satis ab aduersarijs suis sigillofragis turpibusq; hominibus & popis tantumq; negotijs afferri, vt Illustris mentis Prin. Electori quam alijs compluribus Dominis, manus suas substernere, quam contra hos facinoris alio quid aggredi, seçp iam esse prorsus confectum ætate senem, qui præter pacem nihil expetat aliud, atq; utinam nemo protinus esset, qui quam ipse magis de commen- uenda pace cogitaret, tum optimo loco & statu fore omnia, se domi mansurum esse, & ad fornacem desiden-

M do pomis

do p̄mis p̄risq; & quæ Deus alia largiturus esset, tor-
rendis vacaturum.

Sed hoc verum esse, superiore tempore se ad Prin.
Electorem subiectissime ægisse petiſſeç, vt literis suis
eum Cæſ. Maiestati benignissime commendare vellet,
quo sua, sicut commemoratum est, recuperare posset,
Ad hoc ei responsum fuisse, si omnino Prin. Electoris li-
teras expeteret & habere vellet, parum ipsi has commo-
daturas, de quo ad Ducem Ernestum Brunsuicensem
subiecte questus fuisset, perrexisseç petendo, vt hic ei
commendationem a Prin. Electore impetraret, sed eius-
modi se responsum accepisse, vt a re desistendum ei fue-
rit, orare tamen se Legatos Electoris perofficiose, vt ad
Principem Electorem ipsorum etiam subiectissima pe-
titione hoc conciliari iuarent, quo Illustriss. mentionis,
noster benignissimus dominus, si omnino ad exulem ip-
sum hac in parte iuuandum opem suam conferre nollet,
ne saltem se impediret.

Miserandumq; esse contra se, & in primis aduersi-
sus miseros illos, quos in occupando Vuircepurgo sea-
cum sociosq; habuisset, hoc tempore, banni nomine in
quo ipse esse diceretur, vt procedatur, institui, sicut Ge-
orgius Geus, & alijs plures hac de cauſa in captiuitatem
redacti essent, incq; ea detinerentur.

An non Episcopi antea etiam bello petiti sunt, vbi
tum proscriptio? Nonne Dux Henricus Brunsuicensis
&c. bello petitus est, quæ tum fuit facta proscriptio?
Item quid siebat de ciuitate Rubeaquensi? similiterç
cum claustra Alpium oppugnata expugnataq; sunt?
Imo quid siebat de Episcopo Misnico, quando Carolo-
vicius eum satis acriter vexarat, Vbitum proscriptio?
Talia exempla multo adhuc plura commemorari pos-
sent

Pecus

Peculiariter autem Borcūs respiciatur, quid de ipso fiat in eo negocio, quod cum Marggrauio Iohanne &c. habet. An non contra celsitudinem huius omnia, quæ legitima fuere, in iudicio Cameræ obtinuit, et ubi tamen iam sit executio aut proscriptio?

Vt tamen haec ita se habeant, se quidem & ipsum non multum haec curarere, neq; magnopere his com- mōueri, si tamen ex nobilitate qui sunt (ex quo ordine ipsi etiam legati essent) hoc ferre possent, vt sua alicui per vim eriperentur, id se alijs permittere oportere, de se uero facere non posse, neq; huius rei obliuisci. Atq; vos etiam h. is liberos, qui aut iam fortasse sunt Do- minorum al orum ministri, aut erunt deinceps, ad- uersus quos i posset, vt aliquando suscipieretur simi- le aliquid ei, quod iam ipsi accideret. Iamdudum enim patere manifestumq; esse, Dominos in toto Imperio hoc studere, vt nobilitatem opprimant, modo enim vni mo- lam aliquam eripi, alteri cauponam, tertio silvas & ve- nationem.

Remq; esse omnino miserabilem, quicquid ubiq; facinorum fiat, ea in ipsum omnia conferri, vt quæ ab ipso aut suis patrentur. Nam Staupicium etiam pri- marium illum Ductorem, ante aliquod tempus sibi retu- lisse, ad Illustriss mentionis Dominum ipsius Electorem Sax, a fide dignis delatum, quod in silua quadam pror- fusi sibi ignota, & de qua multo minus sciret ubi locoru- ait terrarum sita esset, Prin. Electori statione habita in- fidiatus diceretur, de quo se statim ad Prin. Electorem sua manu scriptis literis subiectissime excusasset. Item simili modo se insimulari molitionum cum Petro Oxo & Lotharingia contra Daniam susceptarum, de terra Holsatiae occupanda.

Imo amplius se insimulando grauari, quod opem
siam contulisset ad equites, qui Rostochium occupa-
rent, seditione colligendos. Quæ omnia coram Deo
omnipotente teste, violenta insimulatione in ipsum con-
ferrentur, sibiç in omnibus iniuriam fieri, neç enim
hæc se fecisse, nec facere velle, sed se ut ætate & annis
grauem, pacem sibi cum omnibus expetere, fieriç de
ipso, quod prouerbium Teutonicum habet, qua parte
humilima est vnumquemç sepem transilire velle. In
summa, se Deo & tempori hoc infortunium suum per-
mittere oportere. Atç concludendo, se, quod iam sa-
pius commemoratum esset, repetere, de criminis deç
sermonibus de quibus relatum esset, & quæ a Prin. Elec-
tore iam per Legatos ipsius in se conferrentur, rem to-
tam se prorsus inficiari, nisi omnium concineretur, pe-
tereç se a dominis legatis per officiose, vt apud Illustris
mentionis Dominum nostrum benignissimum subie-
ctissime eum excusarent.

Cumç Vilhelmus Grumpachensis, in eo, quod
ad talem modum edidisset permaneret & acquiesceret,
mandato Illustris mentionis Domini nostri benignissi-
mi, hæc omnia per me infra nominatum Notarium
octo foliorum diplomate comprehensa sunt, scribendo-
que, Illustris mentionis Domini nostri benignissimi
consiliarij nobiles, quorum omnium nomina supra ex-
posita sunt, affuerunt, qui ea omnia ex Vilhelmo Grum-
pachensi ipsi audituerunt. Acta factaç sunt hæc omnia
in arce & munitione Gothana, Anno, die, loco & præ-
sentibus ijs, vt supra perscriptum est.

Huic diplomati postea Notarius Erasmus Nicius
nomen & autoritatem suam subscripsit, & qui esset, qua
conditione, & ubi degeret, & vnde euocatus ad hanc
operam.

operam venisset, quodq; mandato Illustriss. Prin. Elec-
toris ipse etiam vna cum reliquis supra nominatis, his
omnibus, interfuerisset, atq; ex Grumpachensis ore audi-
uisset, item diploma hoc, quod confecisset, & in quot
foliis scribendo redegisset, quodq; omnia manu sua opt.
cum fide perscripsisset. Hæc igitur omnia, expressa
subscriptione prænominis & nominis sui, & signo No-
tariatus addito, sciens consultoq; testata fecit & confir-
mavit, forma & modo quo fieri solet & debet. Itemq;
manus suæ subscriptione testatus est hoc exemplum cū
Archetypo eo, qui Prin. Electori Sax. traditus est, per
omnia congruere, &c.

PRINCIPIIS ELECTORIS
SAX. ETC. AD DVCEM IOHAN-
FRIDERICVM HVMANITER SCRIPTAE LITE-
ræ, cum significatione indicij à Comite Suarcepurgensi
editi, quæ datæ fuere die, XV. Febr.
Anno. LXVI.

A.

POST CONSVETVM EX OR-
dium & compellationem, qua inter
se utuntur.

Vestra benevolentia bene
amicęq; nouit, quomodo nuper ad Vuilhel-
mum Grumpachensem consiliarios & legatos nostros
mitti, eumq; in vestræ benevolentia præsentia compel-
lari
M 3

lari curauerimus, Nempe, cum ex fide dignis cognoscemus, præter multiplices alios sermones offensorum plenos ab ipso habitos, has etiam voces contra nos usurpasse, se capiti & vitæ nostræ insidiaturum, neq; has insidias ipsius effugiendo intra illud tempus & brumam præteritam nos obuersaturos esse, siquidem nos ipsius socrorumq; caput & vitam peteremus, Hoc igitur fateurne an minus, quodq; tum Grumpachensis inter cætera consiliarijs nostris responderit, inficiari se sermones illos a se habitos, nisi horum conuinceretur, quemadmodum & cauſa ei a nobis horum nulla præbita fuſſet.

Ne autem, B. V. in primisq; Grumpachius, existimet, hæc non ita ad nos autoribus aliquibus peruenisse, legatione illam de suspicionibus nudis, nulloq; argumento extitisse, vestram benevolentiam amice cælare nolumus atq; in præsentia ei indicamus Generosum nostrum dilectum fidelemq;, Gunterum Comitem Suarcepurgicum, pro fide, qua feudi nomine nobis deuinctus est, hoc nobis significasse aperuisseq;, hocq; ita se habere profitetur, & sicut ipse ad nos scripsit, Grumpachio per Ernestum Mandesloensem, & Aschum Holensem non ita pridem indicari curauit. De quo B. V. amice intelligit, Grumpachium Comitis testimonio de sermonibus illis habitis conuinci.

Cum vero inter, V. B. nos & cæteros Electores & Principes, constituta pacta hæreditaria, in quæ vestra benevolentia vna nobiscum Naumburgi ipsa coram iurauit, in mentem nobis amice reuocamus, in quibus diserte cautum est, quod corporum & facultatum, terrarum & ditionum nostrarum operas & opes conferrendo, mutuis auxilijs & consilijs alter alteri adesse, neq; alter

alter alterum hostiliter adoriri , vnuſue alterum vlla de
cauſſa laedere, laediue permittere debeat, Neue ex noſtriſ aliquis, ministercꝫ aut ſubditus, ſiue in noſtriſ ſiue
in alijs terris ſedem habeat, hoc vt faciat , vlo modo eis
concedere. Vnus etiam alterius hostibus proſcriptis
& praedonibus in ſuis terris, arcibus, oppidiſ & ditione
ſciens conſultoꝫ ſedem receptumue ne concedat, tu-
toſue præſtet, protegat, aut ullo modo communicatio-
niſ, ſubleuationiſ, opis conſilijue quicquam præſtet,
aut impertiat, Neue per terrarum ſuarum loca ea, quib.
cohiberi potest, tranſitum ei clam palamue concedat,
ſuiſue vt hoc faciant, vlo modo permittat, commeatum
etiam ne præbeat , aut præberi ſiuit &c. Grumpachius
autem de capiti & vitæ noſtræ hostiliter insidiando, eos,
de quibus ſupra commemoratum eſt, ſermones protu-
lerit, nihil proṛſus nobis ambiguitatis facere volumus,
V. Benetiol. hac in parte pro ſanguiniſ propinquia cog-
natione, conſiderationeꝫ habita Cæſareæ in Grumpa-
chium proſcriptioniſ editæ, & quod tantum in paciſ publicæ
violatione hæc aduersus nos fuſcipiat, hancꝫ
ſibi negocij, quod nobiſcum habeat, cauſſam exquirat,
hiſ igitur de cauſiſ perſuademus nobiſ, veſtræ Bene-
uol. ea , quæ pacta hæreditaria poſtulant, & ius ac æ-
quum eſt fieri, præſtituram eſſe, id quod & ad Benetiol.
V. in præſentia amanter agimus, vt pro illiſ pactiſ hæ-
reditarijſ noſtriſ, proꝫ paciſ publicæ in ſacro Imperij
grauiſſimarum poenarum comminationem complecte-
te conſtitutione ſanctioneꝫ, in hac parte ſe gerat atꝫ
exhibeat, contraꝫ Grumpachium ſeuieritatis debitæ
animaduersionem fuſcipiat , quo intelligamus Veſtræ
B. illas cruentas minas ipſius, conſiliiorumcꝫ aduersus
nos audaciam neutiquam placere , incꝫ periculo noſtro
auer-

auertendo , quod agnatum & pactorum hæreditario-
rum consortem facere par est, re & facto , eamqe fidem
præstet, quam Benevol. V. a nobis in simili re expecta-
re vellet. V. Benevolentia nos vicissim ad amoris &
cognitionis erga vestram benevolentiam officia omni
voluntate sumus parati, petimusqe a V. B. ut benevol
sineqe mora nobis respondeat, Datae Dresdæ, XV. D.
Februarij, Anno LXVI,

**RESPONSIO DVCIS JO-
HANFRIDERICI, AD SVPE-
RIORES LITERAS PRIMA, DATA
20. Februa: Anni. LXVI.**

B.

**POST VSITATAM INGRES-
SIONEM & COMPELLATIONEM.**

Vestræ benevolentia literæ

datæ Dresdæ XV. die mensis huius , XX. die post
nobis redditæ fuerunt, easqe resignauimus & per omnia
quaæ complectuntur perlegimus , atqe ex his cognouis-
mus , quid, V.B. nostri consiliarij & dilecti fidelis Vuil-
helmi Grumpachensis caussa, cum amica commonefa-
ctione de inter nos vtrinqe intercedentibus pactis hære-
ditarijs, ad nos amice agat.

Amice vero recordamur, V. B. non multis ante
elapsis diebus quoddam ex consiliarijs uestris ad hanc
rem constitutos atqe allegatos, ad memoratum Grum-
pachensem,

pachensem, sermonum quorundam grauium cauſſa, qui
ex ipſo ad V. B. pertinentes, auditi fuiffent & percepti,
miſſos fuifſe, itemq; quid hic illis ad hæc viciſſim re-
ſponderit. Atq; amice nobis perſuaderamus, V. B. ijs
quæ memoratus Grumpachius protulifſet, quodq; ſer-
mones illos ad V. B. pertinentes a ſe habitos nullo mo-
do fateretur, locum confeſſuram, fidemq; habituram,
& ſuſpicione parum benigne concepta iſum liberatu-
ram fuifſe, Etsi enim V. B. in ſuis literis, iudicis ad nos,
Comitis nimirum Gunteri Suarcepurgensis, nomen
edit, atq; ita exiſtimat nominatum Grumpachenſem
huius rei conuinci, neq; hoc etiam non ita habet, non
ita pridem ministros noſtros Ernestum Mandesloen-
ſem & Aschum Hollensem ex Comite accepiffe, ſermo-
nes iſum tales ex Grumpachio audituſſe, id quod ſta-
tim ei per literas ſignificarunt, Non poſſumus tamen
V. B. amico affectu caelare memoratum Grumpachen-
ſem literis illis indicatam Comitis Gunteri audacem &
vanam delationem grauifſime ferre, neq; villo modo re-
minſcendo recordari potheſt, multo minus fatetur, illos
a ſe sermones, de quibus Comes eum apud V. B. detu-
lit, ad iſum prolatoſ, Atq; nos etiam noſtro loco, in pri-
mis ex ijs, quæ ipſe nobis ſubiectiſſime retulit, nunc eti-
am indubitato nobis perſuademus, ſicut nuper etiam
Grimmefteini ad nos excuſandum V. B. legatis ſigni-
fauimus, ne ſi taceremus apud V. B. in ſuſpicioñem
veniremus, tanquam homines eos (cum tamen nuncq;
hic animus nobis aut voluntas hæc noſtra fuerit, aut ad-
huc ſit) hac iſpa de cauſſa ſcientes foueremus, vt V. B.
capiti & vitæ iſſidiarentur, hoc igitur nunc etiam indu-
bitato nobis perſuademus memorato Grumpachio tali
iſimulatione certo iniuriā fieri, cum ſermonis & oris

N tam

tam eum esse inconsiderati & profusi , qualium Comes Gunterius eum esse V. B. informauit , hactenus non animaduerterimus , sed multo potius consideratiorem moderatioremq; perspexerimus & cognouerimus.

Cum igitur haec res inter memoratum Comitem & Grumpachium adhuc quidem dubia sit Grumpachii usq; rem , vt dictum est , non fateatur , neq; etiam huius conuictus sit , & V. B. vt intelligentia excellens , per se nouit , vnius hominis sermone solo non esse nitendum , proq; his reminisci non possimus contra pacta haereditaria , quod ad ipsum attinet , in hoc non plano negotio nos egisse , His de caussis amanter petimus , vt V. B. huius negotij circumstantias & conditiones amice consideret , & quid memoratus Grumpachius his referendo opponat prius cognoscere ne grauetur , Nosq; a concepta , quod ad mentionem pactorum haereditariorum attinet , suspicione liberare , nobisq; propter omnis generis caussas , in primis autem pro propinquitatis quae inter nos vtrinque intercedit coniunctione , hac in parte amice parcere ut velit , id quod a B. V. amice nobis poslicemur . Hoc vero de nobis beneuole recipimus , ad Grumpachensem hoc nos acturos , vt apud V. B. ita vt res ipsius postulat , literis se quamprimum defendat , prorsusq; confidimus , V. B. rem tū aliter se habere , tandemq; cognitaram , vt intelligat . Comitem in eo quod nimium est peccare , &c. hoc vicissim V. B. amico studio cælare non voluimus , sumusq; ad officia beneuolentiae ei præstanda omni tempore propensi . Datae Vuimariae XX. D. Februarij , Anno. M. D. LXVI.

Dei benignitate Iohan Fridericus secundus
Dux Saxon. Landgravius Duringiæ Marg-
grafius Misniae.

Io. Frid. Medius.

DVCIS

DVCIS JOHANFRIDE,
RICI RESPONSIO SECVNDA,

XXVII. FEBRVARII. M.D.LXVI.

C.

POST INGRESSIONEM ET COMPEL.
lationem usitatam.

Quid V. B. nuper ad nos,
nostrī consiliarij & dilecti fidelis Vuilhelmi
Grumpachensis, & sermonum quorundam grauium
caūſa, qui de V. B. ex ipso auditī perceptiōz fuisse di-
cantur, sicut Comes Gunterus Suarcepurgensis eum
apud B. V. detulit, scripserit amiceōz agerit, nos etiam
quid V. B. vicissim amice responderimus, V. B. sine
dubio amice sibi in memoriam reuocare poterit. Pro-
ijs igitur non potuimus facere, quin memorato consilia-
rio nostro Grumpachensi significaremus, quæ V. B. se ex
memorati Comitis indicio grauiter in ipso ferre osten-
dit, vt tanto maior ei caūſa afferretur se apud V. B.
excusāndi, cum vero in eo nunc etiam firmiter perseue-
ret, tales sermones, aut verba de V. B. eiusmodi, se ad
Comitem non usurpare, neq; vñq; tale aliquid vt face-
ret animo se, & mente concepisse, sicut hoc V. B. de
addita ipsius summissa narratione atq; excusatione ex-
pliatiō & melius, tantumq; ex hac cognoscet, a me-
morato Comite his omnibus in Grumpachensem nimi-
um conferri, parumq; hunc ab ipso benigne tractari, &
decuisset sane comitem prius ipsum de se in memoriam

N 2 sibi

sibi revocare, si omnino tantum conscientiae bonae in se studium esse haberí voluit, ne sermones illos: quos tam Grumpachius a se habitos nullo modo fatetur, penitusque factos inficiatur: V. B. non patefaceret; Ipse igitur de se prius ut recordaretur, & quae suo loco, quod ad V. B. attinet, cum non honorificentissima mentione huius, protulisset, de quibus Grumpachensis in suis litteris, V. B. significat, ea igitur & ipsa ne tacuisset, qua de causa sine dubio, V. B., cui absque hoc de Comitis huius rebus constat, de his omnibus cogitare sciet.

Hæc igitur cum ita se habeant; amice a V. B. petimus, ut memorati Grumpachensis subiectæ excusationi benignissime locum dare fidemque tribuere velit, neue quo minus erga hunc benigne affecta sit, commoueri se patiatur; aut aliena ab hoc, deteriore eum apud se loco esse sinat, sed malevolentia suspicione eum liberet.

Itemque in praesenti Imperij conuentu, quando de instanti negocij ipsius compositione verba fieri debent, (quam una cum causa sua consortibus, a Rom. Cæs. Maestate, nostro benignissimo Domino, vestraque benevolentia, & ceteris Electoribus & Principibus sacri Imperij, pro responso quod dedit benignissimo, subiecte sperat sibi persuader) hanec igitur tum ut in nostram singularem amicamque gratiam, nobisque gratificationi causa, benevolenter conciliari iuuet, quo tam ipse quam consortes huius ad benignissimæ gratiæ reconciliationem, omnis pacifici status studio & huius conciliandi causa, peruenire possint, neque suæ operæ parcere, sed nostræ ipsum benevolæ commendationis huius fructum benigne percipere sinat, sicut hoc de V. B. amice nobis policemur, sumusque gratiam perquam benevolos.

neuolenter & studiose relaturi. Datae in munitione noſtra Grimmestein. D. XXVI I. Februar. Anno.
M.D.LXVI.

Dei benignitate Iohan Fridericus
ſecund. Dux Saxo. Landgra. Du-
ringia & Margrafius Misniae,
Iohan Fridericus.

PRINCIPIS ELECTORIS
SAXO. ETC. RESCRIBTAE AD
HAS LITERAE. DATAE BERREVTHL
VIII. D. Martij, Anno 66.
LXVI.

D.
POST VSITATVM
exordium.

Vestræ beneuolentiæ lite-
ras, XXVII. die Februarij Grimmesteini datas, acce-
pimus, & quid V. B. quod ad Vuilhelnum Grumpa-
chensem attinet, proferat, ex his percepimus, Cum ve-
ro ante, V. B. de nostro hac in parte animo & volun-
tate amice certiore reddiderimus, illam quam Grum-
pachius excusationem sui haberi vult, vt quæ nullius
precij sit, mittimus, siquidem Comes Suarcepurgensis
Gunterus adhuc in eo firmiter perseverat, se Grumbæ-
chensem conuicturum, quod illos sermones protulerit,
& quod res ita habeat planum facturum esse, sicut eti-

am per eos ex nobilitate, quos ad eum misit, ipse Grum-
pachensi significari curauit. Quare iterum de V. B. am-
ce hoc nobis policeri volumus, V. B. hac in parte pro
eo quod proxime scripsimus & petiuimus, quæ inter-
cedentibus ei nobiscum pactis hæreditarijs, sacriq; Impe-
rij de pace publica constitutioni, congrua sint, præstitu-
ram esse, eaq; in re propinquitatis & amicitiae affectio-
nem (quam, V. B. a nobis expectaret) V. B. re decla-
raturam. V. B. viciissim ad benevolentia officia præ-
stanta sumus voluntate parata. Datæ Berruti, VII. d.
Martij, Anno, &c. LXVI.

Dei benignitate Augustus Dux Sax.
Sa. Rom. Imperij Archimarschal. &
Elector, Landgraf. Duringiæ, Marg-
grafius Misniæ, & Burggrafius Mag-
depurgi.

DVCIS JOHANFRIDE-
RICI AD HAS RESPONSIOS
XIII. Martij data, Anno, &c.
LXVI.

E.

POST INITIVM SOLITVM.

Quæ proxime ex hoc loco

ad, V. B. scripsimus, ad ea, V. B. responsonem VII. die
mensis huius Berruti scriptam, heri vesperi accepimus,
& quæ complectitur perlegimus, atq; ex ea, nonnihil
quidem hoc alienius ducendo, cognouimus, V. B.
consilia

consiliarij & dilecti fidelis nostri Vuilhelmi Grumpachensis explicatae narrationi & excusationi ad ea , quæ Comes Gunterus Suarcepurgensis insimulando in ipsum contulit, nostræq; pro hac ad, B. V. pro ipso amicæ intercessioni factæ , locum fidemq; non tribuere, cumq; V. B. iuratorum pactorum necessitudinisq; fraternalæ hæreditariæ, quæ vtrinq; inter nos intercedunt, & in sacro Imperio de pace publica constitutionis , iterum mentionem faciat, Grumpachijs autem : cui V. B. litteras una cum seuera significatione proponi curauimus: minus quam nihil confiteatur , se quorum insimulatus sit culpa teneri, neq; horum adhuc conuictus sit, quemadmodum habet scriptum ipsius, quod hac de re subiecte ad nos usurpauit, cuius exemplum his literis adiunctum, V. B. reperiet, Non possumus ne nunc quidem apud nos decernere , quid aduersus ipsum aliud aut amplius, quam hactenus a nobis factum est, suscipere aut præstare debeamus , præsertim cum V. B. ipsa sciat, quando aliquid ab altero insimulatur aut accusatur , & id cuius insimulatur ab illo negatur, tum accusatori incombere, vt de quibus alterum insimulauit , eo modo qui in iure sufficiat, probet planumq; faciat , incip incertis & dubijs rebus accusati inficiacionem tantundem valere , quantum accusatoris affirmatio insimulatioue potest;

Quod si igitur Comes Gunterus , aut alius aliquis Grumpachium in ius vocando actionem ei intendere hoc nomine, eumq; testimonij conuincere cogitat , offerimus a nobis , nos hoc præstituros, vt hic ius & iudicium subeat , speramus etiam neq; V. B. neq; alium quenq; quicunque etiam ille fuerit, facturum esse, vt præter hæc, quæ æqua & iusta a nobis offerimus, ad amplius aliquid.

aliquid suscipiendum nos vrgeat, aut alienas de nobis cogitationes concipiendo apud animum suum quæsitus rum quo iure nos commoueri non patiamur, in ministros nostros, qui iuris cognitioni se offerunt, neç de quibus insimulantur, adhuc testimonijs conuicti sunt, ad vanas tales interç se non consentientes relationes, grauiter aliquid statuendum, aut ab animaduersione exequenda vt aduersus ipflos agere incipiamus. Amices que petimus ne hoc inhumanius a nobis accipiat, & nominatum Grumpachensem nunc etiam suspicione, quā de ipso animo alieno concepit, vt liberare velit, benevolenterç animo suo considerare, decuisse tamen Comitem Gunterum vt feudi nomine nobis obnoxium Comitem, nostrarumq; terrarum incolam & nobis subiectum, ne consiliarios & ministros nostros ad V. B. non audita neç cognita caussā (sicut etiam Grumpachius confictum crimen huius prorsus non fatetur, neç eius hactenus est conuictus) deferendo grauare & crimini bus talib; ad V. B. animum informando, immeritam eis alienationem conciliare. Quod vestram benevolentiam vicissim benevolo affectu cælare noluimus, sumusq; ei ad benevolentiae officia præstanda voluntate parata. Datae Grimmelestein. X I I I. Martij, Anno M. D. LXVI.

Dei benignitate Iohan Fridericus
secund. Dux. Sax. Land. &c.

Iohan Fridericus M.

P R I N.

PRINCIPIS ELECTORIS
SAXO. ETG. RESPONSIO AD
M. HAS D. XXIX. MAI, ANNO ETG.
M. D. LXVI.

F.

POST INGRESSIONEM
visitam.

Vestra Benevolentia amice

recordari potest, quid superioris Martij die XIII.
Grimmesteino ad nos Grumpachij caussa scripscerit,
nempe, quod V. B. alienius visum fuerit nos ijs quæ
Grumpachius ad se excusandum protulisset, vestræcꝝ
Benevol. intercessioni, locum fidemꝝ non tribuere,
quodcꝝ ad V. B. iurorum vtricꝝ pactorum & necessa
tudinis fraternæ hæreditariorum, pacisqꝝ publicæ no
mine contra Grumpachium agere, aut horum nomine
V. B. appellare non possemus, cum cuius rei a Comite
Guntero Starcepurgensi insimularetur, eius non esset
conuictus, An vero tale aliquid a uestra benevolentia
ad nos scribi æquum sit, & an cur alienum ducat graui
terue ferat, caussas habeat, quod ad ipsam hostium no
strorum caussa, qui capiti, vite, terris & ditioni nostræ
insidiantur, quibusqꝝ a V. B. receptus & sedes præbe
tur, & qui ab hac fouentur, ex iuratis pactis hæreditas
ijs amice & sicut agnatum. decet ægerimus, hoc igitur
suo loco relinquimus, omniumqꝝ Electorum & Princ
ipum, qui V. B. æque, vt nobis propinquitate coniuncti
sunt, & ad quos de hac re suo tempore amplius referes
ut
O
tur.

tur, decernendum dijudicandumq; relinquimus. Hoc
vero certo V. B. statuere velit, nos nullo modo a V. B.
hoc expectasse, quod vnius talis leuis & nihil proscriptio
q; hominis causâ coniunctionem nostram ad talem
modum esset desertura, nosq; in tam manifesto planocq;
negocio, quod non tantum de Comitis, sed multorum
etiam aliorum testimonijs, & quia publice notum est,
negari non potest, cumq; vestræ B. ipsi de Grumpachij
persona & consilijs bene constet, non dubitatura tamen
esset V. B. iuris disceptationes longas nobis a se denun-
ciando opponere, & ad has nos provocare.

Cum vero nunc hoc ad superiora accesserit, vt in
memoratum Grumpachium in habitu iam Augustæ
Imperi conuentu, a Cæs. Maiestate, Electoribus, Prin-
cipibus & ordinibus sacri Imperij proscriptio & bannū
bannumq; supremum concordibus sententijs latum de-
cretumq; & publicatum, & vestræ etiam benevolentia
tanquam proscripti illius receptatori, a Cæs. Maiestate,
per cursorem ipsius missum, poena adiecta banni & ban-
ni supremi seuere mandatum sit, vt proscriptum illum
una cum simul proscriptis, statim, sine mora, & con-
spectis literis illis captum comprehendat, Nunc tanto
maiore in spe sumus Vestrâm Benevolentiam sanguinis
sibi propinquitatem, pactaq; iurata, quibus nobis con-
iungitur, in animum, ita vt par est, amicetq; retocatu-
ram, atq; etiam id, quod sacri Imperij communi decre-
to, & ad hæc consecuto Cæs. Maiestatis mandato, con-
gruum sit, ad auertendum vestræ beni & hæredum hu-
ius periculum, damnum & detrimentum, quibus ipsam
nostro loco liberatam cuperemus, præstituram esse,
Hoc V. B. cuius explicatum responsum nos
cum hoc ministro nostro expectamus, benevolo af-
fectu

festu cælare noluimus, & Beneu. Vestræ extra hunc
casum ad benevolentia officia ita, vt agnatum decet
præstanta propensi sumus. Datae Vuidenæ, XXIX.d.
Maij, Anno, &c. L XVI.

Dei benignitate Augustus Dux
Saxo. sacri Röm. Imperij Archis-
marschal. & Elector, Landgraf
us Duringiæ, Marggraf, Misniæ
& Burggrafius Magdeburgi.

**DVCIS JOHANFRIDE
RICI RESPONSIO, DATA III.**

Juny, Anno, &c. L XVI.

G.

POST COMPELLATIONEM QVÆ
fieri solet.

Postquam in eo responso,

quod V. B. dedimus amice obtulimus, nos ad B. V. ad
nos Vuidena XXIX. superioris mensis die, nostri con-
siliarij & dilecti fidelis Vilhelmi Grumpachensis caus-
sa datas literas, amice & quamprimum peculiari tabella-
rio missò responsuros esse. Non dubitamus nunc etiam
V. B. ex superioribus nostris literis intellectisse, etiamsi,
cuius mentio facta esset, necessitudinis fraternæ, pacto-
rumq; hæreditiorum amice recordaremur, & quod
sine iactantia dicatur, ita vt Principem decet, integręq;
in hoc usq; tempus, ea præstiterimus, non tamen nos
commode facere potuissé, vt quod V. B. amice ad nos
egisset,

O 2

ægisset; aduersus Grumpachium susciperemus, cum nunc etiam in eo firmiter perseveret & acquiescat, se, sermones illos a se habitos, & insimulationem factam, quæ Comes Gunterus Suarcepurgensis ad V.B. falso de ipso detulisset, nullo modo fateri, multo minus animo se concepisse V. B. capiti & vitae, aut terris huius se insidiatirum.

Quapropter V. B. ut quæ intelligentia præstat, ipsa, hoc parum legitimum esse iudicatura non est, Comiti Guntero Suarcepurgensi hoc incumbere, vt in re dubia tali, neç testimonij probata, de quo Grumpachensem insimulavit, id eo modo qui in iure sufficiat (quod haec tenus tamen non est factum) prober plurius faciat, cum Ernestus Mandesloensis & Aschus Hollensis de his rebus nihil sciant amplius, quam quod ex Comite audiuerunt, quando Arestadij apud ipsum fuerunt, & si interrogentur, non dubitant profiteri quid de re sentiant.

Hoc igitur opt. & commodissimum fore existimus, ut res & veritas explorari, & manifestum fieri possit, an & quid factum sit, quomodo ut res se certo habeat, Comitem Gunterum tanquam nostrum nostris benevoli & dilecti fratris atque compatrii, Iohannem Vuilhelmi Ducis Saxo. &c. feudi nomine obligatum nobisque obnoxium Comitem: qui antequam hic sermones existerent nullo proscriptionis latæ respectu habito, nihil prorsus dlibauit, sibiue in mentem venire passus fuit, quo minus Grumpachium aliquoties non tantum in ditionem suam accerferet, sicut & ad ipsum excurrit, sed sira etiam sponte & voluntate, non agente hoc ad ipsum Grumpachio, insuper ei tutum commeatum & receptum, quem in ditione sua, nemine quicquam ei impedit.

impedimenti aut molestiae obijciente, haberet, & qui ei
in hac permitteretur, benigne obtulit; Hunc igitur Co-
mitem ut huc ad nos Grimsteinum accerseremus &
vtrincq; quidq; vnu contra alterum prolaturus esset,
audiremus, ad huius aut illius ius & iniuriam exploran-
dum, reçp cognita eum nos præstaremus quo V. B. &
in vniuersum omnes, re ipsa cognoscerent, non esse nos
sic animatos, qui contra vtrincq; inter nos intercedentem
conjunctionem V. B. capiti & vitæ atq; terris insidian-
tes, apud nos scientes ferre velimus

In animo etiam habebamus, si Comes temporis no-
bis diem condixisset, ad V. B. amice hoc agere, vt suo
Ioco consiliarios aliquos siros ablegari curasset, qui istis
audiendis affuissent, & quid in hac tota cauſſa prolatum
fuisse, coram cognouissent, atq; ita in eum, cuius iniur-
ia cauſſa esset, vna nobiscum, quod legitimum fuisse,
statuerem potuissetis; omninoq; expectaueramus memo-
ratum Comitem obedientem comparitum fuisse, &
prorsus non ambigebamus, cum non dubitasset ad V.B.
Grumpachium deferre, multo minus eum dubitatu-
rum fuisse coram nobis, tanquam terræ ipsius & feudi
Domino, comparere.

Quod autem constitutam diem (et si post quidem
elapsum tempus huius) per literas recusarit, excusatio-
ne prætensa proscriptionis nomine, ad disceptationes cū
Grumpachio veniendi, diemq; his condicendi, de ex-
emplo his literis adiuncto V. B. cognoscendum trans-
mittimus.

E quibus V. B. ipsa apud se prudenter decernere
potest an & quid in hac cauſſa amplius aut porro facere
debuerimus, cum Grumpachius ita se explicarit, atq;
etiam nunc in eo nihil vacillando perseueret, si illorum

sermonum sufficienter conuincatur; id quod tam a Co-
mite quam alijs, quicunq; etiam hi fuerint, fieri non pos-
sit; se poenam quæ ei adiudicata fuerit hoc nomine subi-
turum, contra vero h̄c etiam sibi policeri vult, cum se
in hoc crimine a culpa vacuum esse sibi sit conscius, V.
B. aduersus Comitem, qui cognitionem hanc quomo-
do effugeret, eaçp subleuaretur, quæsiuit, ita vt par est
se præstituram. Etsi autem ita est, Rom. Cæl. Maiestas-
tem nostrum benignissimum Dominum cum cursore
suo de memorato Grumpachensi, nostris aduersarij
hoc ita conciliantibus & vrgentibus, seueriores ad nos
literas misisse, pro conditione tamen omnis generis cir-
cumstantiarū, minime hoc expectaueramus, sed in sub-
iectissima & indubitata spe fuimus, postçp Cæsar olim
Ferdinandus, Christianæ & laudatissimæ memoriae, be-
nignissime se nobis, & huius sententiaæ verbis declara-
uit, si memoratus Grumpachensis vijs & rationibus ijs,
quibus par est, & quæ ordinatæ sunt, atçp in Imperio ab
antiquo introductæ, vel per bonæ gratiæ transactionem,
vel iuris decisionem, ex proscriptione, vt hac liberetur,
eluctari possit, & tum ad Cæfaream Maiestatem ipsius
pro gratia huius consequenda, veniaçp sibi danda agat,
atçp etiam ab Imperij Electoribus aut Principibus literas
ad Maiestatem ipsius afferat, quibus pro ipso interceda-
tur, Cæl. Maiestatem eo modo quo par esset se tum ex-
hibiturā præstituramçp esse, pro his igitur speraueramus,
secundum hanc benignissime & a Cæl. Maiestate ipsa
monstratam viam, & quod iam Grumpachijs ab ali-
quot Electoribus & Principibus, in primis ab Electore
Brandenburgensi intercedentes pro ipso literas ad Cæl.
Maiestatem attulisset, cuiusmodi intercessionibus etiam
ad eam penes quam hoc tempore est Imperium Cæsa-
ream

ream. Maiestatem, dominum nostrum benignissimum,
nihil minus tam ipse quam consortes ipsius, & coram &
per literas factis, vni sunt & studuerunt, hancq; caussam
suram, tam suo quoram consortium nomine, Cæs. Mai-
estati ipsius ad benignissime cognoscendam omni copia
facta permiserunt, pro his igitur speraueramus futurum.
fuisse ut in habitu iam Imperij conuentu, sicut Cæs. Maie-
stas benignissime a se obtulit, haec caussa ageretur, atq;
ad conseruationem propagationemq; omnis ab omni
parte status pacifici, tranquillitatis & concordiae in sacro
Imperio, intercedente Cæs. Maiestatis ipsius benignita-
te & gratia, benignissime ut transigeretur atq; compo-
neretur, quemadmodum Grumpachensis & consortes
huius hanc fiduciari subiectissimam conceperunt, sin-
gulariç; cupiditate & desiderio hoc expectarunt, atq;
nos etiam nostro loco de re nihil dubitauimus. Hoc
enim V. B. certo indubitatoç; sibi persuadere velit, nos
in fidelí submissione bonoç; studio, nominatum Grum-
pachensem, & præter hanc nulla alia de caussa, peculia-
riter etiam data pritiis ab ipso fide, se & consortes suos
omnia parte pacificos se præstituros, ad nos recepisse,
quam tantum ut optatissima pax in sacro Germanicæ
nationis Imperio conciliaretur, omniscq; generis turbæ
& seditiones, quæ post occupatum Viircepurgum fa-
cile nemineç; impediente, multo maiore cum pericu-
lo, granoribusq; damnis, existere potuissent, haec igitur
auxiliante Deo ut auerti possent, sicut & auersa-
fuere.

Quod autem submissa spes & fiducia eorum, itemq;
a Cæsare Ferdinando propositæ conditiones, & quæ hu-
iis temporis Cæs. Maiestas benignissime obtulit, haec
igitur quod talem ad modum postposita omnia, & su-
dixit
prenum:

premium bannum in ipsis ut ferretur acceleratum , atq; ita nullus respectus habitus fuerit omnium quae a se subiectissime ipsi detulerunt , sed hoc potius quod laboratum fuerit , vt ipsorum caussa , & aduersus ipsis , cum sint numero pauci , in primis autem propter Grumpachium , qui iam est confectæ ætatis senex , & corpore affecto , atq; in dies & horas singulas mortis periculum metuere necesse habet , supremi banni executio compleatur , impensa quidem in eam rem singulari pecuniae distributione , cui ipsi æstimatione longe sunt inferiores , neq; sumptuum qui facti sunt precio digni . Hæc igitur ita futura fuisse nos vna cum ipsis minime expectaveramus , neq; cum parua animi nostri perturbatione acceptimus , omnino enim illi nihil amplius quam gratiam tantum & misericordiam querunt & orant , atq; vt ex præsenti impacato statu suo in salutarem pacem & quietem transferri possint , petunt , sicutq; totam caussam Cæs. Maiestati , cui & ad pedes procidere volunt , secundum supra memoratum a Cæsare olim Ferdinandu , laudissimæ memoriæ , benignissime demonstratam bonæ gratiæ viam , permiserunt . Ad hæc aduersarius ipsis , noster dilectus amicus , Episcopus Vircepurgi , ipse non inficias ibit , id quod & ex adiuncti scripti exemplo intelligere licet , Benevolentiam ipsius , ante hoc tempus , & statim initio postquam primæ proscriptiōnis mandatum editum fuit , vt irritam eam vellet atque cassaret , a Cæs. Maiestate ipsius subiecte petiisse .

Quare non potuimus facere , quin hæc omnia ita ut res flagitat , cum explicatione copioso re , huius temporis Cæsari , nostro benignissimo Domino significaremus , eiusq; significationis exemplum V.B. hic vna transmittimus , atq; de inclita mentionis Cæs. Maiestate , hanc

hanc subiectissime spem & fiduciam concipi mus, Cæs. Maiestatem ipsius, tanquam pacificum, mitem & benignissimum Dominum & Cæsarem, hanc cauissam, in consideratione benignissima omnis generis circumstan-
tiarum, benignissime animo reputaturam, atq; ita alio se
& benignissimo responso declaraturam, atq; ad hanc ri-
gidam & asperam viam executionis contra nos, Grum-
pachum & consortes, se adduci non esse passuram.

Petimusq; a V. B. amice, vt nostram subiectissi-
mam excusationem, ipsa etiam legere ne grauetur, eaq;
in re, pro ea quam de benevolentia vestra spem conce-
ptam habemus, amicam, & sicut agnatum decet, sese
præstet, neq; contra nos, & exiguum terræ atq; subdi-
torum nostrorum se commoueri patiatur, nominatumq;
Grumpachensem tanquam infirma valetudine podagri
cumq; senem, suspicione malevolente liberet, Atq; in
his omnibus ita amicam se & sicut agnatum decet, ex-
hibeat, sicut B. V. a nobis similiter fieri vellet. Ob quod
ad gratiam vicissim V. B. referendam amice, & vt cog-
nationem nostram decet, voluntate sumus parata. Da-
tae Grimmensteini, III. d. Iunij, Anno M. D. LXVI.

Dei benignitate Iehan Frid. sec. Dux.
Saxo, Land. Dur. Marg. Misn.

Iehan Fridericus, &c.

EXCERPTA DE HANSI
BEMI CONFESSIONE, QVAM
sine tormentis edidit, quæ Principi Electori à con-
siliarijs Augustam transmissa sunt in Im-
perij conuentu, &c.

P N V M E,

NUMERO III.

Captiuus etiam Hans Be-

hem, Confessus est, quod Vuilhelmo Grumpachensi & Vuilhelmo Steinensi in silua Duriingica, in diuersorio quodam ad Frauam in silua cognominatum, quod solum ibi situm sit, & non ita pridem conflagrasse dicitur, ibi igitur quod iusurandum eum his iurare eosq; promittere oportuerit, se in terram Misnicam profectus rum, atq; exploraturum vbi Princeps Elect. Sax. &c. in venatione ageret, in primis autem quando hic in silvis Snepergensibus & Suarcepurgensibus venaturus esset, & hoc eis ut renunciaret, tum se aliquando ad ipsum eo erupturos, sicut & tum, quando saltuario Vuilhelmi equum furatus eum abegerit, hac de caussa in his terris fuerit, eoz equo ad Grumpachensem Gotham vectus, hoc ei indicium quod attulerit, Principem Electorem Dresdæ esse, & nusquam iam venatum exisse, sed Grumpachium & Vuilhelnum Steinensem secundum eum, paucis diebus ante ieunij quadragesimæ initia, in hæc loca misisse, ut denuo de Principe Electore diligenter exploraret, an ad Snepergam aut Suarcepurgum venaturus esset, & foris in silvis stativa habitus rus, &c.

CHRISTOPHORI ZET-
VICENSIS INDICIVM ET NAR-

ratio edita Starepergæ in Bauaria XXI.

May. Anno. M. D.LXVI.

H.

Quæ

Quæ sequuntur de Vuil-

helmi Grumpachensis aduersus Principem Electorem
Sax. Augustum, instituta proditione, & consilio, ea
Christophorus Zettuicensis ad Steinum, Prin. Electori
XXI. d. Maij, Anno L X V I . in arce Starepурgo in
Bauaria, primum coram suaq; sponte & voluntate retu-
lit, postea Principe Electore ita postulante, secretario
ipsius, vt scribendo exciperet, bene considerata pronun-
ciatione præiuit & dictauit, & postea cum excepta rele-
gisset, propria manu nomen suum ijs subscriptis.

Circiter diem Viti, Anni L X V . militarium copi-
arum ductor primarius Christoph. Zettuicensis, a Do-
mino suo Iohan Friderico Duce Saxonæ &c. permitti-
sibi petiuit, vt ad sedem familiae suaæ aliquando se recipie-
ret, sed Illustris mentionis Dux vltra dies, X I I I . quos
abesse ei liceret, non voluit concedere. Quo impetrato
Zettuicensis domum equitauit, & circiter diem Petri &
Pauli reuersus Gotham ad ministeria ibi sua iterum
præsto fuit.

Sed postquam Gotham tum aduenit, Vuilhelmus
Grumpachenlis misit, qui eum ad se accerferet, inq; con-
clavi suo eum compellauit, atq; interrogauit, Mi-
tui, inquiens, quid audis de Principe Electore Saxonæ
ad hoc Zettuicensis respondit, se neq; audire neq;
scire quicquam de Principe Electore, Atq; amplius quæ
sicut Grumpachius, an Zettuicensis Haruuise lo-
cum nosset, Respondit Zettuicensis se non certo scire
locum huius, sed cum ter quaterue aut circiter, ex valle
Ioachimica Annebergam versus abeundo & redeundo
illac iter fecisset, de Haruuiso se audiuisse, atq; non mul-
tum aberrante coniectura, qua regione oraue sita esset,

æstimare se posse, sed in loco illo se non fuisse.

Tum coepit Grumpachius, Mi tu Zettuicensis, muneris etiam eius in compellando mentione honoris caussa addita, ego consilium instituo, quod si procedet, sicut spero, facile perficiam ut meum negocium componatur, meumq; Dominum ut Electoratum recuperet simul eo modo iuuabo, & nos simul vniuersi ea re iuuabimur, Ad quam rem conciliandam tu mihi bene posses operam natuare, Tu es gnarus viarum, & in illis locis, in primis in siluis per terram Bohemicam iter fecisti, ego rem habeo bene exploratam, Principem Electorem Saxoniæ Haruuiæ statua habere, ibiq; venari, suorumq; familiolam quod non secum habeat, & prorsus dispersam diuersis locis collocatam esse, ad hæc singularis diebus cum cane indagatore ad præuestigandum egreditur, & ultra duos aut tres secum non habet comites, iam habeo apud me quendam, qui apud Electorem siluarum curationem habuit, hic omnes vias & tramina nouit, speroq; me ipsum Electorem capite apprehensurum, & familiolam suorum hoc non deprehensuram esse, expecto tantum adhuc quendam, cui nomen est Christophoro Meientalero, hic illorum locorum etiam bene est gnarus, & vult milii ad rem conficiendam operam dare, Atq; iam tres Veredarij absunt, unus in Borussia, alter in comitatu Oldeburgensi, tertius in Gallia, qui hospitium Electori curare debent, quos in horas singulas expectet, & ubi aduenerint iam esse curata omnia.

Ad ea Zettuicensis interrogauit, an Princeps etiam & Dominus suis benignus Dux Iohan Fridericus de hoc consilio ipsius sciret, & respondens Grumpachius, Dei

us, Dei potentiam & Deum deierando non , inquit, non
sino meum Dominum de hoc quicquam scire.

Præter hoc amplius interrogauit Grumpachium
Zettuicensis , quid igitur Meietalerus operæ ad hanc
rem conferre deberet, responditq; Grumpachius loco
rum eum peritissimum esse, equites hunc ducere oport
tere, Tum Zettuicensis Grumpachio significauit, eum
Meietalerum diebus circiter X I I I . ante, malum fac
nus in terra Bohemica commisisse, & quod ex vicinis
stis quendam Dauidem Hofferum , qui Sichlauiae de
gerat, confodisset, & dicitur insuper quod valde inhos
neste eum confecerit, Ad quæ respondens Grumpa
chius, Malum ei imprecatus, Ergo, inquit, si ita res ha
bet constitui non posset, an fides ei habenda esset aut se
cūs, & tum amplius ita coepit.

Mi Ductor primarie, tu in hac re operam naurare
potes, & si nobis procedit, Dominum meum & me &
nos vniuersos iurabit, Ad quæ respondit Zettuicensis,
profecto mi Domine Ductor primarie, ego istas res
non intelligo, præterea sub ditione Cæsareæ Maiestatis
in regno Bohemiæ sedem habeo, & hic mei benigni
Principis & Domini Ducis Saxoniæ minister sum, non
decet me his rebus me implicare aut contaminare, &
metuo ego ne hæc per terram Misnicam perficienda
fuscipere non debeat, nam res vobis non succedet.

Ad ea respondit Grumpachius, equites qui in Vn
gariam proficiscuntur, iam iter ingrediuntur, vt si maxi
me equitum aliquid consiperetur, existimaturi essent
homines, ex ijs esse qui ad expeditionem illam venirent,
& facile futurum ne res deprehenderetur.

Ad quæ Zettuicensis iterum respondit, Ego me
tuo, Domine ductor primarie, ne res isto loco vobis non

succedat, & si vultis aliquid suscipere aut aggredi, id per terram Bohemicam vos facere oportebit. Atque ita Zettuicensis a Grumpachio discessit.

Aliquot diebus post, Zettuicensis Grumpachium interrogauit quid de consilio ipsius aduersus Prin. Electorem fieret, an procederet, aut minus, & respondit Grumpachiūs, nondum rem geri, & explorando praecognitum esse, Principemq; Electorem iam se praesidio confirmasse, suamq; familiam omnem ad se ut procederet curasse, seq; oportere aliquantis per quid fiat aspicere.

Christoph, a Zettuitz.

PRINCIPIS ELECTORIS
SAXON. AD DVCEM IOHAN.
FRIDERICVM VNA CVM FACINOROSORVM
confessionibus missae literae, quae date fuere,
XII. d. Iunij, Anno LXVI.

I.

Illusterrimi generis Princeps,
benevolo & dilecto agnate, affinis, frater & compater, Litteras benevolentiae vestrae, IIII. Iunij datas, quibus proximis nostris respondit, ad manus nostras redditas acceptimus & perlegimus. Atque ne nunc quidem ex his comprehendere possumus V. B. vel hactenus, vel hoc tempore, quod iuratis pactis hereditarijs, quantum ad proscriptum Vuilhelnum Grumpachium attinet, congruum sit, praestare. Siquidem res ipsa longe diversum ostendit,

ostendit, parumq; nos mouent, quæ ad quandam, vt
habetur, excusationem ipsius, proferuntur, in conside-
ratione quod non tantum Comitis, sed aliorum insuper
honestorum ex nobilitate hominum, similia iudicia, &
de cauendo nobis commonefactiones habemus, quæ
suo tempore & ipsæ in lucem proferri debebunt.

Quid etiam captiuū aliqui aduersus nos conducti
latrones & proditores, hac in parte confessi sint, & edi-
derint, seq; proscriptis coram in os dicturos profitean-
tur, atq; confitendo persisturos, etiam mortem in hac
confessione obituros, V. B. de exemplo vero his adiun-
cto confessionis ipsorum percipere poterit, quæ V.B.
perlustrare, secumq; reputare velit, hæc omnia an ad a-
amicitiae, & cognatione nostra dignam benevolentiam
facere possint, & V.B. an quæ pactis hæreditarijs con-
grua sint præstent, itemq; an præter hæc omnia V.B.
deceat, ijs qui veneno & cæde, corpori & vitæ nostræ
insidiantur, sedem præbere, & hos tutos præstare & de-
fendere, Nos, nostro loco, hoc Cæs. Maiestati, Electo-
ribus & Principib; sacri Imperij, qui B. V. æque vt
nobis propinquitate coniuncti sunt, decernendum per-
mittimus, cumq; V. B. sane nullam minimam huius rei
causam præbuerimus, speramus fore tempus, quo B.
V. siram iniusticiam ipsa sit agitura. Quod ad ea
attinet, quæ B. V. amplius commemorat & introducit,
de proscripti rebus, eoq; responso, quod nuper V. B.
Cæsareæ Maiestati dederit, vna cum aliorum scriptorū
exemplis, suo ea loco relinquimus, eaq; scripta antea
cum diligentia legimus, etiam quid Cæs. Maiestas ad V.
B. literas prox. responderit edociti sumus. A Vesta, B.
nunc etiam nobis amice policebimus, V. B. Cæs. Ma-
iestatis mandatis obedienter parituram, seq; erga nos
pro

pro iuratis pactis hæreditarijs, proq; ijs quæ antea ad V.
B. scripsimus & ægimus, sine recusatione se ita exhibi-
turam, sicut B. V. a nobis simili in re fieri vellet, expe-
ctamusq; V. B. explicatam cum hoc equite ministro
nostro responsonem, quem vna cum V. B. ministro
ablegauimus, de qua rationes nostras instituamus. Datæ
Dresdæ, XII. Iunij, Anno, LXVI.

Augustus Elector Saxon.

PRINCIPIIS ELECTORIS
SAXO. ETC. AD DVCEM IO.
HANFRIDERICVM AMPLIVS MISSÆ LITERAE,
antequam legatis Imperij hic responsum dedit, quæ li-
teræ repressæ fuere, neq; legatis exhibitæ,
III. Iuly scriptæ Honsteini, Anno,
LXVI.

K.

Illustriſſimi generiſ Princeps,
beneuole & dilecte agnate, affinis, frater & compater,
Quid iam ſæpius proscripti Grumpachij cauſſa ad V.B.
ſcripſerimus, & ad ipsam pro fanguinis propinquia cog-
natione, qua B. V. nobis eſt coniuncta, & iuratis pactis
hæreditarijs necessitudinisq; fraternæ, & sacri Imperij
de pace publica constitutione, amice ægerimus, V. B.
bene nouit, Atq; expectaueramus quidem a V. B. quod
hæc ad prox. literas noſtras, XII. d. Iunij Dresda ad V.
B. datas, ita ut memoratae coniunctioni hæreditariæ
congruum eſſet ſe prælitura, aliudq; quam factum eſt,
respon-

responsura fuisset, Quod vero V. B. ea quæ in causa
corpus & vitam nostram attingente ad V.B. amice ægi-
mus & docuimus, ita accipit atq; interpretatur, quasi ne-
gocij hoc modo causa & necessitas exquiratur quod
vobiscum habeatur, atq; nunc etiam proscripti hominis
excusationem plus apud se quam quæ constanter & ve-
re a nobis proferuntur, valere patitur, Deo nos & tem-
pori permittere oportet, An etiam hoc V.B. gloriosum
sit, aut defendi possit, quod ad talem modum coniun-
ctionem nostram deserit, contraq; iurata pacta hæreditarij
ijs apud se sedem concedit tutosq; eos præstat, qui
a sacro Imperio proscripti sunt, & capiti & vitæ nostræ,
terriscq; & ditioni insidiantur, hoc igitur aliquando se
ostendet, Cum etiam V.B. scribere non dubitet, V. B.
indubitate expectasse, futurum a nobis, vt V. B. pro
negocij conditione, de pactis hæreditarij admonendo,
amicus parceremus, siquidem nondum esset explicatum
aut planum factum negotium, Nos vero, ad rem pro-
bandam atq; explicandam, V.B. de Comitis Suarcepur-
gensis edito indicio, alijscq; firmarum rationum argu-
mentis significauerimus, Iam V. B. ipsi & omnibus ho-
minibus decernendum permittimus, an V. B. usurpata
recusatio iusta sit, & pactis hæreditarij congrua. Ut
autem B. V. aliquanto planius cognoscere possit, nos
non de nudis suspicionibus negotij cum V. B. necessi-
tatem nobis querere, sed abundantium etiam probati-
onum argumenta habere, quibus Grumpachium con-
silij prodigionis & cædis, quod contra nos instituit, con-
uincamus, hic vna V. B. quæ ex nobilitate præcipius
quidam sua sponte & voluntate nobis indicando com-
memorauit, cum hac spe transmittimus, Vestram Be-
nevol, nunc tandem intellecturam esse, talibus, ex Co-

Q

mitum

mitum ordine & nobilitate hominum, testimonij, proscripti prodictionem & scelus satis superop̄ probatum, explicatum & planum factum esse, sicut &, si eaussa cogat, ea quae indicarunt iusurando etiam contestari non sunt dubitaturi, atq; recipimus nos B. V. huius ex nobilitate hominis suo tempore, & si B. V. hoc expertat, nomen nos edituros.

Cumq; V. B. maioris fidei caussa antea duorum captiuorum confessiones, quomodo tum ex editæ fuerunt, miserimus, expectaueramus quidem V. B. & proscriptos hoc ad nos acturos fuisse, vt hi coram ipsis statuerentur, aut certi homines ut constituerentur, qui ea audiendo ex his cognoscerent, sed quia hoc non est factum, & facinorosi ipsi petiuerunt, ne post editam iam confessionem ipsorum in carcere diutius detinerentur, ideo de vtroq; etiam, ita ut singuli meriti fuerunt, supplicium sumi, & Hansum Behemum de S. Michaele ad Fribergam in Vstrina, in quatuor partes disssecari, Plassum autem rotæ imponi curauimus. Quantum vero ad V. B. personam attinet, cuius Hansus Behemus simul mentionem fecit, nullam ei fidem habuimus, (cum tale aliquid de Illustri Saxonico sanguine persuadere nobis nullo modo possemus aut deberemus) multo minus V. B. aliquid hac in parte ut argueremus facere potuimus, Non tamen ad V. B. eam rem dissimulare voluimus, quo V. B. intelligeret nos in hac caussa sine occultatione integrę & ingenue versari, atq; vt hoc modo tanto magis de re & veritate, quod ad duorum proscriptorum consilia illa attinet, explorare aliquid possemus. Necq; intermisimus curare ut Behemo illi admonendo instaretur, ne contra quam verum esset quenquam, in primis autem V. B. ne mentiendo, sicut nobis quod ad ipsam

sam attineret, certo persuaderemus, insimularet grauas
retue. Ad quæ ille hoc edidit, se V.B. hac tantum de
caussa mentionem fecisse, quod sperasset nos ad confes-
sionem talem clementiores ei fore, in cæteris, quæ ad
Grumpachium & Vuilhelnum Steinensem pertinent,
in ea confessione, quam sine tormentis & per hæc edi-
dit, perstítit, & morte sua eam confirmavit, sicut V. B.
ex adiunctis his duobus diplomatis Numero, I. &
numero, II. benevolenter cognoscere potest. Trans-
mittimus etiam V. B. plass confessionem diplomate in-
structo comprehensam, Numero. III. in qua ad mor-
tem usq; hic perseuerauit, de qua V. B. omnes circum-
stantias illius institutæ prodictionis consiliij, earumq; per-
sonarum, quarum opera ad eam rem adhiberi debuit,
humaniter percipiet. Cum igitur hæc eo modo se habe-
ant, iterum a V. B. amice petimus, vt hanc grauissimam
caussam, corpus & vitam nostram attingentem, maiore
quam hactenus factum est affectu, animo complecti ve-
lit, atq; cognatum, illustrem & Saxonicum sanguinem,
ita apud se efficacem esse finat, vt re ipsa doceamur, ve-
stræ B. illos in proscriptis cædium conatus minime plaz-
cere, sed potius quem iurata pacta hæreditaria postu-
lant eum se nobis præbeat. Id quod tum percipere po-
terimus, si V.B. ijs, quæ antea ad ipsam aduersus Grum-
pachium, pro iure & æquo ægimus, locum dederit,
quod etiam ad in præsentia factam commemorationem
nostram a V. B. certo nobis policemur, Quod si uero
hoc omitteretur, V. B. nihil iniquius de nobis cogitan-
do concipere debebit, si quæ aduersus hæc necessario
suscipientur de ijs cogitemus, ijsq; vtamur. Quod V. B.
cui extra hoc ad benevolentiae officia præstanta volun-

tate sumus parata, cælare nolimur. Datæ Honstein.
III, d. Iulij.

Augustus Dux & Elector
Saxoniæ, &c.

DVCIS JOHANFRIDE,
RICI LITERARVM, QVAS AD
PACTORVM HAEREDITARIORVM CONSORTES,
Electores & Principes scripsit, & quæ cum infra
scripta nota, L. indicantur, etiam initio mentio
facta est, & supra hæ inter exempla pri-
mo loco extant, Numero, I.

L..

HENRICI STAVPICENSIS
EXCVSATIO AD ELECTOREM SA-
xoniæ, & Ducem IohanFridericum, Datæ, XVI.
& XXVI, d. Augusti, Anno, &c.

L X V I.

Item, ad Grumbachium.

M.

N..

Illustriſſime & Illuſtriſſimi
generis Princeps, benigniſſime Elector & Do-
mine, Vestræ excelsitatis binas diuerso tempore scriptas,
breui intervallo ſeſe conſequentes literas, ex quibus po-
ſteriores diem, XXVII, Iulij ſuperioris, qua Drefdæ da-
tæ ſint

et sint, ascriptum habent, subiectissima reverentia accepit, atq; ex ijs, & inclusa scheda, quæ continebat excerppta quædam ex responso Ducis Saxonie Iohan Fridericu, quod ad se missis nuper ab Imperij ordinibus legatis dedit, tantum percepi, quasi ante quam occuparetur oppidum Vuircepurgum, & ante quidem, quam ea occupatio fieret, ego de re sciuerm, vestramq; excelsitatem de hoc docuerim, cui & grata res fuerit, eamq; placere sibi passa fuerit, vna cum cæteris quæ literæ illæ complectuntur, &c. Etsi autem, benignissime Elector & Domine, hæc res animum meum, neq; iniuria, affecit, subiectissime tamen gratias ago excelsitati vestrae, pro benignissima significatione & copia mihi facta, iustam defensionem atq; innocentiae meæ probationem assumendi, Atq; excelsitatem vestram, subiectissimi, veri atq; firmi responsi loco, ad hæc cælare non debo, quod quicunq; hoc de me loquitur aut scribit, siue Grumpachius, siue quicunq; hic alius fuerit, me de ea cuius sèpius iam mentio facta est oppidi Vuircepurgi occupatione, ante & priusquam ea acciderit vel minimum quicquam præsciuisse (multo minus de hoc V. Excel, indicare aliquid aut præsignificare ego, atq; dicere potui, quod V. Exc. res ea grata & mihi quod bene precata ad hanc fuerit) is igitur ut honestatis oblitus omniscq; boni & virtutis expers, hoc in me composito mendacio comminiscitur, contraq; hunc, & in genere omnes, ita sicut honestum ex nobilitate hominem decet, bonis firmisq; & veritate nitentibus rationibus, Deo auxiliante, me quoquo tempore defendam & excusabo, etiam in posterum cum subiectione ita me gerere sciām, vt V. Exc. mea caussa grauari aut appeti non debeat, Id quod & subiectissime in præsentia a me offe-

ro, prorsusq; demisse peto, ut V.E. hanc oppositam meā
subiectiss, veram & constantem, firmamq; commemo-
rationem, benignissime accipiat, Mecj ex hac, dum am-
plior a me debitaq; defensio suscipiat, si forte necessi-
tas huius afferatur, benigne excusatum habeat, atq; re-
sponsione hac mea, cum hæc res eiusmodi sit, quæ No-
bilitatis meæ honorem, & famam meam attingit, ne of-
fendi velit, aut hanc sibi displicere patiatur, sed meus
benignissimus Princeps & Dominus esse velit & mane-
re, ob quod ad Excel. V. ad subiectissime inseruendo,
gratiā referendam obnoxius sum, omniq; studio &
voluntate paratus. D. Pelcigæ, XVI. Augusti, Anno,
LXVI.

V. Excels.

Subiectiss. obediens

Henricus Staupicensis.

AD DVCEM JOHAN-
FRIDERICVM.

Illustris Illustriſſ, generis

Princeps, benigne Domine, Non possum facere, ab ho-
nore meo allata necessitate, quin V. Cels. significem,
Principem Electorem Saxon, Principem & dominum
meum benignissimum, his non multis elapsis diebus,
binas literas diuersis temporibus scriptas, vnas post alte-
ras, quarum posteriores diem XXVII. Iulij aſcrip-
tum habebant, Dresdæ datas, ad me misisse, in quibus
literis ſceda inclusa fuit, cum excerptis quibusdam ex ijs,
qua inter alia V. C. Imperij legatis respondiſſet &c. ex
qua

qua tantum intellexi, in me conferri, quod antequam
Vuircepurgum occuparetur, de re præsciuerim ego,
deq; hoc Principi Electori Saxonie significarim, qui &
approbarit, mihiq; bene precatus fuerit, vna cum cæte-
ris, quæ ibi sunt, &c. Hæc vero, benigne Princeps &
domine, minime iusta commemoratio, an a malevolis
forte mihi prolata fuerit, suo loco relinquo, cum autem
hoc in me non humaniter conferatur, neq; veris argu-
mentis vlo unquam tempore possit aut debeat planum
fieri, & ea in re honor & existimatō mea posita sit, sub-
iecte a V. C. peto, vt vestra Cels. qui hoc crimen de me
detulit & confinxit, per literas indicari, & nomen eius
mihi edi curet, Tum, auxiliante Deo, ita meam inno-
centiam probabo atq; explicabo, vt Princeps Elector
Saxonie, Vestra Celsitudo, & omnes homines, mea in-
nocentia delectentur, In spe indubitata, V. C. vt inno-
centiam meam probare possim, & mei honoris defen-
dendi caussa, in indicando delatore, siue unus hic sit siue
plures, benignissimam se exhibituram ob quod ad Cels.
V. subiectissime gratiam referendam voluntate parata
sum futurus, Actum Pelcigæ, XXVI. Augusti, Anno,
LXVI.

V. C.

Subiectus

Heinricus Staupicensis.

AD GRVMPACHIVM.
Nobilis & strenue ductor
primarie, Quæ ad meas literas respondisti, ea XXIII.
huius

huius mensis Septembris Gorlicij accepi & perlegi, &
fieri sane hoc a me deberet, etiam summa & extrema
necessitas mihi affertur, vt quod præter meum meri-
tum in me confertur, id prolixa oratione refutarem,
Cum vero hoc tempore propter expeditionem in Vn-
gariam meam commode facere non possim, breuitatis
causa in mea pristina responsione permaneo & ei ac-
quiesco, iterumq[ue] hoc haud obscure dico & scribo,
quicunq[ue] in me confert aut imponit, me de tuo & con-
sortium tuorum de vrbe Vircepurga consilio, anteq[ue]
ea occuparetur, aliquid præsciuisse, vel quod per te aut
quenquam hominem de hoc quicquam mihi concredie-
tur, quodue Principi Elect. Saxonie, Burggratioq[ue]
Magdeburgi, domino meo benignissimo, de re præsig-
nificarim, & Excelitas ipsius mihi bene precata ad hanc
fuerit, mentiuntur hoc & configunt de me vt honestis
statis oblii, falsiloqui & nihil homines, neq[ue] vlo vnq[ue]
tempore hoc probare planumue facere poterunt, Atq[ue]
a te non expectassem in hoc negotium me a te implicas-
sum iri, sed certo tibi persuadere debes, si quid amplioris
negocij ex hac re extiterit, Deo volente, ita me tam
manu quam verbis me defensurum, turasq[ue] literas, &
quod in me confers, veris & firmis rationibus refutatu-
rum, sicut hominem nobilem & euestrem virum, qui
tali loco natus est, facere decet, vt omnes homines me-
am innocentiam videant, & cognoscant hæc a te tan-
tum ad meani existimationem diminuendam, & res &
negocia tua hoc modo fucandum, speciemq[ue] eis conci-
liandam in me conferri, Quod vt scires cælare te nolui,
Datæ Gorlicij, XXVI, Septembris, Anno, LXVI.

Henricus Staupicensis,

AD

AD DVCEM JOHAN-
FRIDERICVM.

Illustris Illustriſſi generis

Princeps, benigne Domine, V. C. ante omnia ministes-
ria quæ a me præstari possunt, defero, Benigne Prin-
ceps & Domine, V. Cels. responsum XIX. Septemb.
Grimmesteini datum, XXIII. die huius mensis hic
Gorlicij accepi & perlegi, Atq; par fuerat, & summa
necessitas mihi affertur, ut verbosiore commemoratio-
ne opposita, id quod iniuste, & sine firmamentis, præ-
ter meam culpam, in me confertur, refutarem, sed cum
expeditione Vngarica mea impediār, in pristina respon-
sione mea nunc etiam permaneo, & in ea acquiescens,
dico, quicunq; V. C. retulit, aut huius me arguit, quod
de Vuilhelmi Grumpachensis, Ernesti Mandesloen-
sis, & Vuilhelmi Steinensis consilijs, de oppido Vuirce-
purgico, deq; occupatione huius, præsciuerim aliquid,
aut tum mihi communicando res credità fuerit, item
quod Principi Electori Saxo, & Burggragio Magde-
burgi, meo benignissimo Domino, ante occupationem
factam significarim, & Excels. ipsius mihi bene precata
fuerit, &c, scelerato hoc & nefarie in me composito men-
dacio hoc comminiscitur & configit, Atq; ipse etiam
Grumpachius aliud dicere non potest, sicut & literæ ip-
sius, quas modo ad me misit, diserte hoc sonant, & aper-
te in se continent, me antequam Vuircepurgum occu-
paretur prorsis nihil de re sciuisse, Quomodo igitur il-
lustris mentionis Principem Electorem Saxoniam de hoc
docere potui: Si etiam ita accidat vt vltiore explicatio-

R

ne opus

ne opus sit, ita, Deo volente, pro nobili loco & genere
meo atq; dignitate huius, me defendam & excusabo, vt
innocentia mea sufficienter demonstretur, atq; explices-
tur, petoq; a V. C. ne has literas meas, cum ab honore
mea allata necessitate quin ita scriberem facere non po-
tuerim, parum benigne interpretetur aut accipiat. V. C.
cum qua subiectione me facere par est, ad inseruendum
voluntate sum parata, Datae Gorlicij XXV I. Septemb.
Anno, L X VI.

V. C. ad inseruendum

paratus

Henricus Staupicensis.

**DIPLOMATA INSTRY-
CTA, DE HANSI BEHEMI
& Plassi confessionibus editis
conscripta.**

N U M E R O

V. VI. VII.

HANS BEHEMI DIPLOMATE
comprehensa confessio.

N U M E R O . V.

In nomine Domini, Amen,

Notum sit & testatum omnibus & singulis cuiuscunq;
loci aut ordinis hi fuerint, quibus hæ literæ publicæ no-
stræ offeruntur, aut has recitari audiunt, Anno post
Christum Dominum & Saluatorem nostrum natum,

M.D,LXVI.

M. D. L X VI. Indictione. IX. die X III. Iunij, quæ
fuit post dominicam Trinitatis dies quinta, hora ante
meridiem VIIII. tempore Imperij Illustrissimi, potentissimi
& invictissimi Principis & Domini, Domini Ma-
ximiliani, huius nominis secundi Cæsar. Romani Au-
gusti, Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Cro-
atiæ, Sclauoniæq; Regis, Archiducis Austrïæ, Ducis
Burgundiæ, Stiræ, Carinthiæ, Craini, & Virtenber-
gi, &c. Comitis Tirolensis &c. Domini nostri benignissi-
simi, mandato Illustriss. & Illustriss. generis Principis
& domini, Domini Augusti Ducis Saxonie, sacri Ro-
mani Imperij Archimarschalli & Electoris, Landgrafij
Duriæ, Marggrafij Misniæ, & Burggraviij Magde-
purgi, nostri benigniss. domini, strenuos & honoratos
Iohannem Ienicum & Valerium Cracouum Principis
Electoris Cameræ Secretarios, & Casparem Zipserum,
qui ad conclave Electoris curat, in ciuitatis Dresdensis
publici carceris domo, quæ lictorum domus cognomi-
natur, in conclaui inferiore, coram honestis, honoratis
& prudentibus Ambroſio Erico quæſtore præfecturæ
ibí, Georgio Geis, qui iudicia in illo oppido admini-
ſtrat, & Ioanne Iahn & Christoph, Reichenbach, iura-
tis iudiciorum asſessoribus, coramq; nobis tribus, quo-
rum nomina infra scripta sunt, Notarijs & scribis pu-
blicis, Matthæo de Queſter, Bernharto Freidingero, &
Laurentio Vuinckelmanno, illos supra nominatos com-
paruisse, inq; præsentia tum testium eorum, qui ad hanc
rem conuocati fuere, quorumq; nomina infra ad finem
ascripta sunt, nomine Illustriss. mentionis nostri beni-
gnissimi Domini Prin. Electoris, &c, a singulis & vni-
uersis supra nominatis Notarijs nobis pro munere no-
stro requisiuisse, agisse & postulasse, postquam signis

ficassent nobis quendam Hans. de Friberga , nomine
Behemum, de quibusdam facinoribus & proditione, ad
quæ se conduci passus fuisset; sine tormentis interrogas-
tum, & per hæc quæstionibus habitis , confessum esse,
de qua confessione eum essent commonefacturi , & vt
rata fieret, curaturi essent, Hanc igitur confessionem
ex ipso nos etiam vt audire , & quod aiendo confirmas-
ret id diligenter vt excipientes notare, & in vnius , aut si
res ita postulatura esset, plurium etiam diplomatum for-
mam redigere vellemus. Post hæc factum fuit vt su-
pra nominatus Hans. de Friberga , nomine Behemus,
ab omnibus vinculis liber in medium sisteretur , quem
Principis Electoris commissarij, quorum supra exposita
nomina sunt, de vniuersis & singulis , quæ antea absq;
tormentis & per hæc interrogatus, confessus fuerat, par-
ticulatim commonefecerunt, & summopere quantum
que omnino fieri potuit, proq; professione Christiana,
fideliterq; & diligenter admonuerunt, vt animæ suæ sa-
lutis considerationem habere, & neminem falsa insinua-
tione grauare, sed quod res & veritas esset, profiteri
vellet, addita sufficienti commonefactione , quantum
ipsi in hoc esset positum, &c. Tum igitur ille ad omnia
& singula capita, de quibus interrogabatur, sine coactio-
ne , sua sponte & voluntate , cum bona consideratio-
ne respondit, & professus est, vera esse omnia, de quib.
ante fuisset confessus, & nunc etiam se fateri, quod ini-
tio Vuilhelmo Grumpachiensi per annos tres inseruiss-
set, atq; in occupando Vuircepурgo, tantum sibi fidei
illum tribuere cœpisse, vt ad eam proditionem opera ips-
ius vsus fuerit, se in diuersorio ibi Dominum se esse
professum , & dixisse quod iter haberet in Galliam,
cumq; Grumpachius ante lucem intra tertiam & quar-
tam

tam horam ad oppidum veniret, se cum socijs suis & sex equis cæterisq; equitisbus, qui fuerint in oppido numero circiter X L, & antea eo obscure subijssent, portam occupasse ut helicæ machinis aperiretur. Postea se Hilpergæ a Vuilhelmo Grumpachensi & Vuilhelmo Steinensi Suarcepurgum ablegatum, vt in illis locis circum circa vias & tramites disceret atq; obseruaret, & exploraret quando Princeps Elector Saxonie Dux Augustus ibi esset venaturus. Primum autem Snepergam venit, cumq; Principem Electorem non offendere, Gotham, quo venire iussus fuerat, profectus est, Grumpachioq; hoc significauit, tum VII. taleros, & equum album itinerarium a Grumpachio accepit. Praeterea hoc etiam dicit, se ante biennium iam ad Pentecostes ferias elapsum, a Vuilhelmo Grumpachensi & Vuilhelmo Steinensi secundum Gotha ablegatum fuisse ad nemora, quæ ad Dresdam sunt, per agranda, & tum sibi cornu venatorium, & sclopum datu, qualiu in equitationibus usus est, vt pro venatore aut saltuario se gerezret, cumq; illorum locorum tam esset peritus, surasit ei Grumpachi, vt cum venatoribus noticiam contraheret, & obseruaret quando vel a latere, vel auersum Electorem a tergo adoriri posset, & globum in eum immittere, reçp confecta in silvas fugam arripere debere, aut quocunq; alio modo vt effugeret, operam dare, qua de causa & pro Prin. Electoris ministro se gesserit, & aliquoties venationes curasse, & tam prope Dresdam accessisse vt Cotsbarum usq; venisset.

Cum autem illo tempore Princeps Elector non fuisset venatus, totam se æstatem cum siluarum praefctis, diversis in locis in illa vicinia receptum degisse, adq; hoc iter ei VII I. taleros, & postea VI. aur. & IX. taleros

leros datos fuisse. Postea tertium & postremum se ante annum, Vindemiæ tempore, in arce Gothana, in magnum conclave, quod inter supra sit, a Valteno Schonbergo Grumpachij ministro accessitum fuisse, in quo Dux Iohan Fridericus Med. Vuilhelmus Grumpachensis & Vuilhelmus Steinensis soli fuissent, Ducemque Iohan Fridericum nigra veste exteriore ex serico, operis Damasceni, ut ipse existimat, indutum fuisse, quæ fuerit serico heteromallo, quod exametum vulgo, prætexta, & Zobellis subducta, ex interioribus autem vestibus habuisse eum superne ex nigro exameto & filis sericis, opere insuto, pictam exomidem siue colobiū, si ita nominare licet. Grumpachium autem habuisse Londonense pallium exameto prætextum, atq; vna cū Vuilhelmo Steinensi ante mensam astitisse, Ducem autem sedisse. Etiam chartam quandam, in qua prescriptum aliquid furerit, in mensa facuisse, de qua iuslurandi concepta verba Grumpachius ipsi stans præuerit, quod sublatis digitis, stans & ipse, iurauerit, se rem mandatam executurum, & si in illo conatu caperetur, se potius in frusta vt discerperetur passurum, quam rem aperiret enunciaretue. Mandatumq; ei ab his fuisse, vt Electorem, quando cum canib, indagatorib, in venatione ferae vestigaret, callide persequeretur, operamq; daret, vt globo eum traiceret. Cumq; significasset se in aula Prin. Electoris propinquum habere, Grumpachium ei puluerem, colore fuluo, in chartam firmam inditum dedisse, eiq; mandasse operam daret, vt in culinam Principis Electoris veniret, si in cibum forte illum puluerem injicere posset, promisitq; ei, si rem recte exequetur, duxit eum hominem redditum iri, Principem vero non multa locutum fuisse, nihilq; ei promisisse, sed hæc tantum

tantum locutum, Hansē Fribergensis vide ut rem
mandatam recte exequaris. Sed puluerem illum se
postea hospiti Salueldi Vuolfio Albrechto asseruan-
dum tradidisse, eiq; enunciando concredidisse, ad quam
rem eo esset vsurus, Nominatum tamen Albrechtum
illum antea de hac re nihil sciuisse, diuq; recusasse illum
puluerem ab eo accipere, præterea se eidem hospiti sclo-
pum asseruandum dedit, in quo ferramentum quod
silicem ad ignem excutiendum continet, dissiluerit, sicut
& duos scloplos breuiores a Grumpachio Gothæ acce-
perit, & alios etiam plures scloplos se habuisse, quatuor
elodrantium longitudine, vna cum sclopo venatorio,
quem a rustico quodam Suarcefeldi commodato acce-
perit, eiq; pro hoc gladium dederit. Etsi autem hoc ita
se habeat, & iusserandum illud ipse iurauerit, non ta-
men se tantum animi habuisse ut facinus hoc patraret, &
quod Prin. Electorem nunquam viderit, sed tantum pe-
cuniæ caussâ & propter promissionem ei factam in se
recepisse.

De his igitur, & talent ad modum, ab ijs, quibus
hac de re Prin. Elector mandauerat, interrogatus ille
fuit, peculiariter autem hoc etiam, An coram seuero iuz-
dicio Dei in ea confessione sua esset perseveraturus,
mortemq; in hac obiturus. Tum igitur, post sufficientes
commonefactiones, quæ & antea ad eum factæ & po-
stea repetitæ fuerunt, ne suram ipse conscientiam, aut ali-
os homines falsa indicando grauaret, ad hæc respondit,
Etiam, quodq; hoc Duci Johan Friderico, Vuilhelmo
Grumpachensi, & Vuilhelmo Steinensi, si coram ipsis
sisteretur, in faciem esset dicturus.

Quæ vero hoc modo confitendo edidit, ea Prin.
Electoris mandatarij acceperunt, & a nobis notarijs
quo-

quorum nomina supra exposita sunt, diligenter excepta
notataq; sunt, quodq; vt supra commemoratum fuit.
hæc opera nostra a nobis requireretur, in huius diplo-
matis formam redacta fuere. Atq; acta & facta sunt
hæc omnia, Anno, die, tempore & loco, de quibus ini-
tio indicatum est, præsentibus honestis, honoratis &
prudentibus, Melchiore Hauffo præfect, milit. Iohanne
Khum, Conf. Luca Cocho Magistro, Iohanne Vualte-
ro, Marco Fuchsio, & Georgio Suarcio, quos nos infra
scripti notarij vocauimus atq; corrogauimus, vt huius
rei testes essent.

His igitur deinceps tres notarij Matthæus de Ques-
ster, Bernhartus Freidinger & Laurentius Vuinckelz-
man, autoritates & nomina hæc sua, & de opera a se ad
diplomatis talis confectionem collata, singuli sua manu
peculiariter subscripserunt, eo modo eaq; verborum
formula, qua fieri aliolet, & signa simul singuli sua nos-
tando addiderunt.

DIPLOMA CONSCRI- PTVM DE IIS IN QVIBVS

*Hans Behem se reuocauit inficiando quæ
confessus fuerat.*

NUMERO VI.

In nomine Domini, Amen,

Anno a Christo redemptore & saluatore nostro
nato, M. D. L. XVI. indictione IX. die, X XII. Ianuarii,
intra VI. & VII. horam ante meridiem, cum Imperio
potire

potiretur Cæsar Maximilianus secundus &c. In domo
consilij publici ciuitatis Dresdensis, in magno consilio-
rum conclave, coram honestis, honoratis & prudenti-
bus, Ambrosio Erico quæstore præfecturæ Dresdensis,
ijsq; qui iudicia hic administrant, quorum nomina sunt
Iohannes Khun, Christoph. Kentman, ambo Cons.
Antonius Glaser, Iohan. Ion, Christoph. Reichenbach,
Paulus Behrus, qui sunt assessores in iudicij, & Geor-
gius Geis, qui his præfectorus Iudex est oppidanus con-
stitutus, itemq; præsentibus nobis etiam qui infra in ex-
tremo nomina nostra ascripsimus notarijs duobus, atq;
infra scriptis testibus, coram his igitur comparuerunt
strenui & honorati Iohan Ienicus & Valerius Cracouiz
vs Prin. Electoris Cameræ sacretarij, adducentes secum
Reuerendum Dominum Antonium Rudolphum, Di-
aconum Ecclesiæ huius, & Laurentium Vlmannum
ex Principis Electoris scribis intimis, incj medium tum
protulerunt, se ab Illustrissimo Prin. Electore Domino
nostro benignissimo mandata accepisse, vt apud eos,
qui iudicia administrant, explorando cognoscerent,
quomodo se res per omnia haberet, quod ad ea attine-
ret, in quibus is de quo supplicium sumptum fuisset,
Hansus Fribergensis, Belhemus nomine, ex ijs, quæ
confessus fuisset, se reuocasset, quomodo hoc fecisset,
de quo etiam ex ijs capitibus, de quibus per tormenta
questionibus habitis confessus fuisset, & quæ postea ra-
ta habendo confirmasset, ex his igitur quot, & quid
coram capitali iudicio antequam supplicium meri-
tum pertulisset, iterum confitendo confirmasset, aut in-
ficiatus fuisset, A notarijs autem nobis accersitis hanc
operam nostram requisiuerunt, vt quæ ex ijs qui iudi-

S iudicia

cia administrant de hac re commemorari audituri esse
mus, ea diserte & exquisite consignare, & in formam dia-
plomatis collata opera redigere vellemus, Tum igitur
qui iudicia administrant, quid de illa reuocatione acci-
disset, & quomodo facta esset, hæc retulerunt.

Primum, qui quæstor est præfecturæ Dresdensis
Ambrosius Ericus hoc retulit, cum Håns. Behem die
XVII Junij ex carcere oppidi in locum consilij publi-
ci adductus, ibi coram confessu vniuersorum qui
sunt in consilio publico, a quæstore præfecturæ illius
interrogatus fuisse, an in eo confitendo perseveraret, se
a Vuilhelmo Grumpachensi & Vuilhelmo Steinensi
ablegatum fuisse, & an ipsis recepisset, de Principe Elea-
ctore explorando, & insidijs ei faciendis, & si occasio
offerretur de eo interficiendo quod cogitare vellet,
prorsus & per omnia hæc inficiatus est, & dixit se non
nouisse Vuilhelnum Grumpachensem, nec toto vitæ
suæ tempore hunc vidisse, sed Vuilhelnum Steinensem
semel quod vidisset, sed non meminisse ubi, ita igitur in
carcerem reductus fuit, & re prius deliberata, & senten-
tia de hoc lata, denio per tormenta interrogari debuit,
ibi vero (ante adhuc quam præfecturæ quæstor & iu-
dex oppidanus vna cum assessoribus, & qui iudicia ad-
ministrant reliquis, ad carceris domum sequendo adire-
nissent) carnifici sua sponte & voluntate, sine ulla coa-
ctione aut tormentis adhibitis, confessus fuit, Ita se rem
habere, & hac de caussa ab illis duobus supra nominatis
se ablegatum, Quod idem postea cum quæstor, Iudex,
exteric⁹ Domini eodem peruenissent, non tantum sine
tormentis adhibitis coram ipsis eodem modo confessus
fuit, sed hoc insuper addidit, Quo tempore postremum
illi ipsum ablegassent, tum igitur Vuilhelnum Grum-
pachensem.

pachensem una cum quodam ministro suo , cui nomen
esset Hanso Cracio, cum ipso , Salueldo Plauam vsque
equitasse, & noctem vnam apud Hennepogerinam, cu-
ius maritus intericto tempore confosus esset, diuersa-
tos, Et tum Grumpachium ita cum ipso conuenisse, vt
quomodo se rem habere comperturus esset, de eo vt ad
ipsum scribebat, & ad nominatam hospitam Hennepo-
gerinam literas vt mitteret, eam has Grumpachio por-
ro curaturam. Inq h̄c post multiplices & diligen-
tes commonefactiones factas, coram ihs, qui iudicia ad-
ministrant, persistisse, hoc ita verum esse.

Cum vero post h̄c interrogaretur , quare igitur
hoc, quod tamen ante etiam confessus fuisse, inficiatus
esset, tum eum respondisse, se Vuilhelmo Grumpachen
si & Steinensi inter cetera iusurandum iurasse , si cape-
retur, & quæstionibus per tormenta habitis interroga-
retur , atq; etiam rem confessurus esset, se tamen vbi ad
iudicium produceretur, omnia quæ confessus fuisse, fuisse
inficiari, atq; vtrosq; excusare velle. Præter h̄c iu-
dicia administrantium testimonia edita, etiam Dominus
Antonius Rudolphus, qui est Diaconus Dresdæ , &
quo Hansus Behem sacerdote vslis est cui confiteretur,
hic igitur & ipse retulit, se die ab hoc octauo, ad eum in
carcerem accersitum, vt audiret confitentem , & sacra-
tissimum Christianæ communitatís mysterium cum eo
communicaret, & tum se Christiane & fideliter eum
monuisse, ne vel ipse sese vel alium quenq; falsum indi-
cando grauaret, atq; captiuum ad considerandum h̄c
tempus sibi sumisse, petiisseq; , vt postridie ad se reuer-
teretur, quod cum ita factum esset, & interrogaretur, In
quo igitur persisteret? dixisse eum, quæ antea edidisset,
de alegato ipso per Vuilhelnum Grumpachensem &

Steinensem, ea vera esse, sicut de hoc etiam in confessione ipsi aperuisset, Sed de puluere, quem a Duce Sax. Iohan Friderico &c, vna cum duobus illis, sibi traditum dixisset, ad Prin. Electorem veneno tollendum; itemque de hospite Salueldensi, cui asservandum eum dederit, haec nihil esse. Atque ita sacramenti particeps factus est, & constanter in hoc perseuerauit. Valerius Cracouius, Prin. Electoris Cameræ Secretarius, tum simul retulit, Hansum Behemum sibi & Antonio Rudolpho Diacono, et præfecturæ quæstori, cum ipsi tres vna apud eum fuissent, confessum esse, Grumpachium & Vuilhelmu Steinensem solos eum alegasse, ad Prin. Electorem Saxo. Dominum nostrum benignissimum speculandum, callideque insequendum, & si proprius ad eum accedere posset, globum in eum emittendum, vel, vt militari forma vulgo loquuntur, vt donaret ei globum, sed Ducem Iohan Fridericum his non affuisse, etiam de puluere, quem ab ipsis sibi traditum confessus antea fuisset, nihil esse. Item, Laurentius Vloman, Secret. retulit se etiam Hansum Behemum, in conclavi consilij publici, antequam primum ad iudicium produceretur, audituisse quod dixerit, Grauare se homines eos de quibus confessus fuisset, & quod non noisset Grumpachium, cum vero paulo post in domum custodiæ publicæ reductus, monitus fuisset, vt veritatem ipsam fateretur, dixisse eum, Esse ita, & nimis quidem verum, inquit hoc perseuerando mortem se obitum, quod Grumpachius & Vuilhelmus Steinensis eum alegarint, & quod posthac non esset negando aliquid mutaturus, addita hac clausula, quod iuriando dato promisisset, se hoc facturum de ipsi, in quibus se iam reuocasset, sicut supra commemoratum est, ita rursus ad iudicium productus, ibi
tum

tum pro his a quæstore præfecturæ, Iudice oppidano, tandem etiam a carnifice, & a singulis his peculiariter interrogatus fuit, an in hoc confitendo persistet, quod ad explorandum Prin. Electorem Saxonæ &c, & vitæ huius insidiandum, a Vuilhelmo Grumpachensi & Vuilhelmo Steinensi ablegatus fuisset, tum igitur præsentि animo & voce clariore quam ante vñquam vñs fuerat, atq; ut ab omnibus exaudiri potuerit, tertium respondit, Ita, Atq; tum baculus fractus fuit, & subsellia ludicum sublata sunt, & supplicium præsententia lata sumtum fuit. Quæ vero tam iij, qui iudicia administrant, quam cæteri ad talem modum retulissent, Mandatarij Principis Electoris acceperunt, & a nobis notarijs, qui hac de cauſa, vt supra commemoratum est, accersiti fuimus, postulatum fuit, vt in diplomatis seu instrumen-
ti formam hæc comprehensa redigeremus, quod tum ita a nobis factum fuit, atq; interfuerunt his supra nominati omnes, & insuper honorati & prudentes Georg. Suartz & Sebas. Vuicc, ex consilio eius ciuitatis publi-
co, a nobis infra scriptis Notarijs, huius rei vt testes es-
sent peculiariter accersiti & corrogati. Actum Anno,
die hora vt supra initio indicatum est.

Atq; his postea Bernhartus Freidiger, & Lauren-
tius Vuinckelman, Cæfarei Notarij, hæc prænomina &
nomina, & autoritates suas, subscriperunt, & signa as-
signarunt, & quod hæc ita audiissent & bona fide exce-
pissent, testati sunt, vna cum cæteris, eoq; modo quo fie-
ri hoc solet &c.

DIPLOMA DE IIS QVÆ
PHILIPPVS PLASSVS
EDIDIT.

NUMERO VII.

Post inuocationem sancti

nominis diuini, notum sit & testatum omnibus, qui
cunq; has literas publicas inspiciunt aut recitari audiunt,
Anno a Christo domino & salvatore nostro nato,
M. D. L XVI. indictione I X. die Iohannis Baptiste,
qui semper est X XIII. Iunij dies, intra, V. & VI.
horam ante meridiem, potente Imperio Illustriss. &
potentiss. Principe & Domino, Domino Maximiliano,
huius nominis secundo Romano Cæsare, Augusto,
Germania, Hungaria &c. Rege, Archiduce Austriae,
Duce Burgundiae &c. Anno Imperij Romani huius
quarto, hoc igitur tempore Dresdæ in ciuitatis eius cu-
stodiæ publicæ seu carceris domo, quam vulgus Licto-
rum domum cognominat, in conclave superiori, quod
est versus aream domus ad dextram, mandato Illustriss.
& Illustriss. generis Principis & Domini, D. Augusti,
Ducis Saxonie, Sac. Rom. Imperij Archimarschal. &
Electoris, Landgrauij Duringie, Margrafiij Misniae,
Burggrafiij Magdeburgi, Domini nostri benignissimi,
comparuerunt doctrina, virtute, constantia, dignitate
præstantes, Dnn. Laurentius Lindeman ad Sedelicium
Iuris V. Doctor, Bartol. Lauterbach. Iohan. Jenicius,
& Valerius Cracouius, Illustriss. Excelsitatis ipsius Con-
siliarij, redditu Magistri, Cameræq; Secretarij, quorūq;
fidei negotium quod sequitur conceditum & manda-

tum

tum fuerat, Atq; tum præsentibus honoratis & prudens
tibus Ambrosio Erico præfecturæ quæstore, Iohanne
Kuhn Conf, Paulo Behro, Iohanne Iona & Georgio
Geisso iudice oppidano, qui iudicia administrantis col-
legij nomine aderant, coramq; nobis duobus commen-
tariensisbus, tribusq; honoratis testibus, quorum & ipsis
rum nomina infra scripta sunt, in medium protulerunt.
Postquam captiuus Philip. Plass, nomine, qui & ipse
tum coram affuit, sine tormentis & cum his habitis
quæstionibus, confessionem edidisset, eamq; saepius sua
sponte repetiuerit, quæ sponte ab ipso facta confessio,
ex ore ipsius excepta & scripto comprehensa fuisset, se
in mandatis habere, confessionem illam, quam edidisset,
vt adhuc semel, in eorum qui iudicia administrant, &
cæterorum omnium præsentia, ei de scripto recitari,
eumq; interrogari curarent, an in hac perseveraturus sit,
atq; simul postularunt, vt qui iudicia administrant, me-
minisse vellent eorum, de quibus esset aiendo confessio-
rus, eaq;, vt quorum muneris hoc esset, in commenta-
rios suos referri curarent, & quoquo tempore de hoc
testimonium perhiberent. Similiter a nobis etiam No-
taris, muneris nostri ratione postularunt, vt ea compre-
hensa in diploma publicum redigeremus, cuius, veritatis
confirmandæ caussa, usus esse posset, quotiescumq; ne-
cessitas postulatura esset, Ita igitur deinceps captiuus Phi-
lippi Plassi confessio publice de scripto recitata fuit, cum
huius sententiae verbis vt sequitur.

Primum ait nominatus Philipp. Plassus se decima
nona, vigesima aut vigesima prima die Augusti, anni
superioris sexagesimi quinti, Vuinarie, in quodam di-
uersorio Plateæ eius qua Erfordia venitur, bono spacio
intra oppidum, ante quod diuersorium arca seu septum
robu-

robusteum extructum sit, quo equi conclusi tanquam
in carcere ad necessarias tractationes coherentur, quo-
modo & vulgo appellatur carceris seu coactionis stabu-
lum, In hoc igitur diuersorio quod Hansum Hildeshei-
mensem : qui Ducis Iohan Friderici Saxoniae intimus
sit aulæ minister & cum duobus equis mereat : initio
compellarit Martini fratri sui cauilla, qui in pago Pisle-
ben , in præfectura Saxoburgica , peste correptus tum
decubuerit , vt ad primarium Ductorem Ernestum
Mandeloensem hoc ageret, quo fratri suo per dies alii
quot ibi degere liceret, id quod tum ille recepisset, Atq;
tum amplius se consiliū suum ei aperuisse, quod institu-
isset aduersus Erfurtenses in mercatu Zerbestano, perijss
seçp ab eo vt secum eo equitaret , Hansum vero Hilde-
hemensem vicissim aliud ei consiliū credidisse , de Prin.
Electore Saxoniae &c , quando Excelsitas ipsius in ve-
natione esset futura, & de equo descendens feris insidi-
atura , hasç insecutura, obruendo & capiendo atq; ab-
ducendo institutum.

Ad quod consilium quidam ex nobilitate explo-
ratione facta contulisset , iam esse opportuniss. tempus
consilium hoc institutum re exequendi , & Prin. Elec-
torem capite apprehendēdi, & sicut postea ex Georgio
Tubelo accepisset, Nobilem qui hoc attulisset Antoni-
um Pflugk Schradeualdensem fuisse perhiberi , Atq;
hac occasione Hansum Hildesheimensem hoc ad ipsum
ægissee , vt se ipsis coniungens vna equitaret , atq; rem
deliberando & decernendo eo vsc productam , vt tum
statim ad hanc gerendam iter ingrediendum fuerit,
quasi illo scilicet vespere aut sequente diluculo , Et ad
hoc iter, sicut Georgius Tubelus significasset & opinia-
tus fuisset , de duodecim aut quatuordecim equitibus
constit

constitutum fuisse, qui adhicerentur, ex quibus fuerint Antonius Pflugk, Ernesti Mandesloensis ministri, & Georgius Tubelus, qui ductor esse illorum equitum debuerit, sicut de his omnibus Georgij Tubeli opinio talis fuisset, Præterea narrat Plassus Georgium Tuberum sibi indicasse, in præfectura Aldeburgensi statu habenda, si aduersus Prin. Electorem consilium instituendum esset, nam in veredarijs mittendis nimis longam moram fieri.

Hansus etiam Hildesheimensis, sicut Tubelus postea ei retulerit, centum taleros pro viatico ad iter hoc accepisse perhibetur, sed an præter indicatos plures etiam equites occultari debuerint, se nescire. Cum autem Hansum Hildesheimensem interrogasset, si iam Prin. Electorem comprehendissent, quo eum essent abducti, respondisse ipsum, ne de hoc esset sollicitus, bene eum asseruatum iri.

Præterea Hansum Hildesheimensem dixisse, esse iam opportunissimum tempus rei gerendæ, nam Molitorem quendam diuinando prædixisse, futurum, ut circiter hoc ipsum tempus casus aliquis Prin. Electorem euerteret. Etsi autem neq; contra hoc consiliū aliquid dicere, neq; præcise a se negare ausus fuerit, ne in suspicitionem apud ipsos veniret, vrlisse se tamen priore loco a se expositum consilium suum, quod contra Erfortenses ad mercatum Zerbestensem instituisset, quæ res moram etiam non ferret, atq; iterum ab Hildesheimensi & Tubelo petiisse ut cum ipso equitarent, Tum Hildesheimensem dixisse, in consilio aduersus Prin. Electorem instituto plus esse positum, cumq; Plassus de hoc consilio quid animi haberebat, non explicare declarareue se vellet, animaduertisse se quod Hildensheimensem ali-

T

quo

quo modo pœnituissest consiliū enunciati , & q̄tq̄ de ea
re tantum ex ore suo emisisset. Ad hæc omnia deinceps
secutum fuisse vt Plassus postridiana die mane ad con-
siliū suū persequendum iter ingredetur , & Vui-
maria Gotham, atq̄ inde Sangerhusam versus equitas-
set, & impetrasse se a Georgio Tubelo , vt hic vna cum
filio suo, itemq; a Christoph. Mullendorf, & duob. Brun-
suicensib. equitib. qui cum equis singulis moerent, Mat-
thesio Halberstatensi , & Georgo qui apud Russen-
sium familiam receptum suum habet, hi igitur vt se ei ad-
iunixerint , Qui & in illo itinere, mercatus scilicet Zer-
bestensis tempore, quo in fastis Bartholomæi dies asscri-
bitur, superiore anno sexagesimo quinto, in solo Mans-
feldico, inuaserint aliquos, & quinq; sericæ vestis con-
uoluta , operis Damasceni , vna cum alijs mercibus ac-
quisiu erint , In eo itinere Georgium Tubelum de con-
silio Vuiimarico amplius cum Plasso locutum esse atq;
significasse, si vellent hoc persequi , eorum qui iam ibi
præsentes adessent numerum tamen ad eam rem suffi-
cere, & sine ipso bene hoc conjecturos esse. An vero
iter illud equestre suscepsum , aut quid de hoc amplius
factum fuerit se scire non posse, sed sicut ipse opinarettir
fieri potuisse , vt hac etiam de cauſa illud impeditum
atq; intermissum fuerit , quod ipse & Tubulus non se
eis adiunxisserint, nam hunc amplius retulisse , cum Tu-
belus hac de cauſa in aula Gothana tam bene tractares-
tur , ipsiq; Dux Iohan Fridericus Sax. de pulcro equo
prospexit, quod consilia proposuisset atq; subiecisset
de Prin. Electore abducendo, non sciret autem ipse eam
rem, quæ fas ei non esset, confidere, ideo Tubelum hoc
iter cum Plasso eo libentius suscepisse, secy circiter Mi-
chaelis diem anni superioris, clam se ex aula equitando
subduxisse,

subduxisse, eaç re animum Principis a se abalienasse, &
vt diffideretur ei factum esse, adeo quidem, sicut ex ru-
moribus volitantibus accepisset, vt ipsi, itemq; Romano
Dehno insidiæ pararentur ad tormentorum globis
interficiendos, ne quid ex ipsis de re cognosci posset, re-
tulisse enim quendam quod Grumpachius dixisset, non
facile deinceps cuiquam creditum iri, deterioreç loco
hac de causa alios futuros, Tandem inter cætera hoc
etiam Plassum dixisse, quantum ipse de proscriptorum
rebus æstimare posset, non posse non hoc certum esse,
Grumpachium cum Principibus aliquibus rem com-
municatam habere, nam illos ad dumeta grassatores ea-
quites rem non conjecturos, cum Grumpachius mini-
stros suos huc illuc alegare soleret. Georgium etiam
Tubelum sibi significasse, de plaustris Cameræ Prin.
Electoris, quando Lipsiam versus adueherentur, postea
etiam ad alios, e quibus ipse audiuerit, enunciasse, de
essedis Lipsiam tendentib. intercipiendis & inuadendis,
consilia sua se instituturum, sicut & ad Georgium
Brunsvicensem hoc ægisset, eumq; compellasset vt se
socium ei in illo itinere adiungeret. Plassumq; ex-
istimare Ducem Iohan Fridericum Saxoniz, Vuilhel-
mum Grumpachensem, Vuilhelmum Steinensem, &
Ernestum Mandesloensem, huius Hansi Hildeshei-
mensis aliorumq; contra Prin. Electorem Saxoniz in-
stitutorum consiliorum bene esse conscios, præsertim
cum Hansus Hildesheimensis Duci illius intimus mi-
nister esset, quem re cum Domino suo prius commu-
nicata, & de voluntate huius, in talibus negotijs geren-
dis versari oporteret.

Cumq; dum hoc scriptum recitaretur, Philippus
Plassus, de quibusdam, paucis illis quidem verbis, in

T 2 memoriam

memoriā certius rediret, ea verba de ore ipsius excepta in hoc postremo scripto mutata atq; in hoc relata sunt. Interrogatus etiam secundum & tertium, an in confessione tali sua perseverare, & in hac mortem obire vellet, aliquoties respondit, Ita, atq; in hac sponte & voluntate ipsius edita confessione tandem perstitit, quod igitur hoc modo aliquoties aiendo & confitendo repetiūisset, Domini iij, quibus hæc res commissa & manda ta fuerat, ab ipso pro confessio acceperunt, & a iudicia administrantibus, & vtrisq; notariis nobis postulaz runt, vt horum meminisse vellemus, & vt supra com memoratum est, in commentarios ut referrentur & diplomate comprehendenderentur, Itaq; honestos & honoratos atq; prudētes viros, Magistrum Lucam Cochum, Nicol. Freund, & Iohan. Hasum, ex consilio publico, qui & ipsi tum præsentes affuerunt, & vna cum Notariis nobis hæc viderunt & audiuerunt, vt huius rei testes esse vellent rogamimus, atq; ita hoc diploma scriben do confecimus. Act. anno, Indictione, die mensis, & loco, ut supra diserte est expositum.

His postea ambo scribæ Bernhartus Freidiger & Laurentius Vuinckelman Cæfarei Notarij, & hæc præ nomina & nomina autoritatesq; suas subscripserunt, quodq; hæc omnia ipsi etiam, vna cum reliquis supra nominatis, ex ore captiui audiuisserent & exceperissent, & in diploma tale redigissent, testati sunt, eo modo ijsq; verbis ut fieri assolet, Et signa Notariatus sua subsignarunt.

DVCIS

DVCIS JOHANFRIDE
RICI CONFESSIO ET RESPON-
sio ad Principis Electoris Sax. &c. Honsteino
ad Cels. ipsius, III. die Iulij emis-
sus literas.

O.

POST INGRESSIONEM VSITATAM.

V. Beneuol. literas ab hoc

equite tabellario vestro heri accepimus, & quæ com-
pleteuntur perlegimus, fueramusq; beneuolenter pro-
pensi V. B. ad has statim ita vt res postulareret responde-
re, Sed non possumus V. B. beneuolo affectu & hilari
animo cælare, misericordem & propicium Deum Illuz-
triss. generis Principem, nostram beneuolam & ex ani-
mo dilectam coniugem, Dominam Elisabetham, gene-
re Palatinam ad Rhenum, Ducem Saxonie &c. hester-
no die, quod grauida vtero gestauit, benignissime libe-
rasse, & Beneuolentia ipsius nobisq; iterum infantem
filium, & terræ hæredem benigne dedit, quo nomine
omnipotentiam eius ex animo laudamus, celebramus,
gratiasq; ei agimus, vestræq; Beneuolentia in præsen-
tia hoc significamus, vt hæc vna cum ipsa nobisq;, simi-
liter gaudere gratulariq; possit, Quare nos in responsio-
ne instituta, de qua commemoratum est, impediti fuimus,
Sed beneuolenter recipimus, post peractum bas-
tissimum, peculiari tabellario nostro, nos hanc V. B.
missuros esse, amice rogantes, vt B. V. breuis temporis
moram patienter ferat, Nam B. V. ad beneuolentia of-

T 3 ficia

ficia præstanta propensi sumus, & voluntate parata, cui
in præsentia, quo minus hoc significaremus, facere non
potuimus. Datæ Grimmestein, X. Iulij, Anno, LXVI.

Dei benignitate Iohan Fridericus Med. Dux Saxo.
Lantgr. Duringæ & Marggrafius Misniae.

Iohan Fridericus.

WILHELMI GRVMP ACHENSIS
excusatio, vt haberi voluit, ad Zettuicensis
de ipso editum indicium.

P.

Benigne Princeps & Domi-
ne, Quod V. Cels. mihi hodie V. mensis Augusti scri-
ptum tradidit, de ijs quæ Christoph. Zettuicensis, qui
V. Cels. minister fuit, Prin. Electori Saxonie scriben-
do significauit, per omnia, quæ complectitur, perlegi,
Atq; Christophiorum Zettuicensem pro longe alio viro
ego habuissē, quam qui leuisbus & vanis rumoribus per-
ferendis gratiam sibi apud Electores & Principes conciz-
liare studeret, Si sciuisssem etiam Christophorum Zett-
uicensem eum ex nobilitate fuisse, de quo antea illustris
mentionis Princeps Elector in Excellicitatis suæ literis sig-
nificauit, ipsi ego Zettuicensi huic ad ea disertis verbis
& expresso nomine in literis adiunctis respondere non
dubitasse, & res & veritas ita habet, sicut in meis &
Vñilhelmi Steinensis literis explicate significatur, quod
eo tempore quo Georgius Geussauensis in captiuitate
detentus, & ad me & coniuctos mihi allatum fuit de li-
teris, quas Prin. Elector de comprehendendis & deti-
nendis nobis emisisset, quodq; corpori & vitae ipsorum
insidias hic tendi curasset, tum igitur per necessari-
os intimos & honestos homines de consilio quodam

ad

ad me scriptum fuit, quomodo Prin. Elector ijs locis
eacj ora, vbi Haruifa nominatur, comprehendi posset,
qua ratione memoratus Geusauensis liberari & nos
hoc modo tuti reddi possemus. Sed cum neq; ego neq;
coniuncti mihi, hoc pratum vbi situm esset, sciremus,
neq; de hoc fando etiam audiuissimus, atq; insuper non
esset nobis in animo, quod Prin. Elecforem comprehen-
dere vellemus, & sicut de hoc cogitationes nunquam
cocepit, ita eiusmodi etiam hoc quod fieri posset ducere
aut statuere non potui. Ideo illud consilium de quo ad me
relatum fuit, non occultavi, sed multis ex nobilitate alijs
que honestis hominibus praesentibus, de hoc manifeste
dixi, illosq; sermones meos Christoph. Zettuicensis æ-
que vt alij ex me audiuit. Quid autem Christophoro
Zettuicensi significasse dicor, me hoc consilium institu-
ere & suscipere velle, aut operam suam ad hanc rem
mihi ut conferret rogarim, hoc non feci. Præterea si tale
aliquid instituere in animo habuisssem, aliorum homi-
num quam qualis Christoph. Zettuicensis est operam
me adhibuisse oportuisset, cum Zettuicensis ille non sit
eques, & publice notum sit, quam sit corpore affecto,
Neq; etiam Zettuicensi amplius aut aliud dixi quam
quod coram alijs, atq; aperte, nihil dissimulans, locutus
sum, & facile potest V. Cels. æstimare, si tale consilium
instituerem, non me hoc ita palam significaturum, inpri-
mis Christophoro Zettuicensi, cum ad hanc rem non
sit idoneus. Si etiam Cels. V. de re queret, ex multis
hoc cognoscet me illa haud obscure, sed non ita vt qui
suscipere velit, aut instituat, locutum esse. Neq; os-
tendi poterit me cumullo homine ægisce, qui ad hanc
rem operam suam mihi conferre deberet, aut adhiberi
se pateretur. Et possum hoc vere scribere quod Meie-

talerum illum de quo Zettuicensis significavit , aliquot annis non viderim , Necq; etiam vel in Galliam vel in Borussiam aut Comitatum Oldepurgensem de Principe Electore subducendo misi, sicut hoc facile est in illis locis comperire, sed hoc verum est , me in illa tria loca nō minus quam in alia regna complura misisse , atq; ibi ægisse, vt permetteretur mihi quo Virtcepurgicos sponsores meos in illis locis recipi liceret, quid vero ad hoc mihi responsum fuerit,in illis locis similiter explorari potest,neq; ego quid hac de re ad me relatum fuerit , vñq; inficias iui,aut obscure ferendo occultaui , cum scilicet nunq; hoc in animo habuerim suscipere, etiam rem nichili fecerim, Atq; his iam annis aliquot de multis & variis generis consilijs , ab hominibus ex nobilitate & alijs, qui fauent rebus meis, ad me relatum fuit, quorum nullum suscepi, neq; suscipere institui , Illos autem bonos & honestos homines, qui fideliter & bene erga me affecti sunt, propter hanc communicationem factam , a me indicari, & qui essent significari, minime me deceret,& mori mallem quam tam ingratum me exhibere. An vero Christ, Zettuicensem, id quod talem ad modum , sicut commemorauimus, dici audiuit, pro re vera indicare decuerit aut secus , V. Cels. considerandum subiecte permitto. Atq; haec gratia est & merces,quam de mesmorato Zettuicensi meritus sum , quem non tantum apud meum benignum Principem & Dominum Marchionem Albertum, Christianæ & felicis memoriae, dū adhuc viueret , sed ab eo etiam tempore apud alios existimæ potentiae Dominos,in primis apud laudatam coronam Galliæ fideliter promoui , etiam haec mihi spes benignissime facta fuit, vt huius operæ meæ fructum illum & commoda percepturum considerem, ipsum etiam Zett-

am Zettuicensem, sicut V. Cels. benigne meminit, in
vestræ celsit, ministeria adduxi, apud quam ita luculenta
conditione fuit, qualem profecto non facile apud ali-
os Electores aut Principes fuisset consecuturus, sicut &
in illo loco & ministerio suo manere ille bene potuisset,
si ipse voluissest, & si plus ego ei benefacere & ad omni-
bus modis ei commodandum operam conferre potuiss-
sem, libenter hoc & studiose fecissem, sicut ille semper
me parentem suum appellauit, qua de causa nullo vñq;
tempore tale aliquid ab ipso expectare potui aut debui,
sed oportet me rem Deo permettere, qui pro uoluntate
diuina sua vindicare hoc sciet, Atq; hoc quidem primo
loco.

Secundo loco, quod V. C. exemplum mihi dedit
argumenti atq; testificationis cuiusdam, quæ Comes
Gunterus Suarcepurgensis, Illustriss. mentionis Prin.
Electoris de me tradidit, ea in nullo precio suo relinquó,
Et quod hic Comes de me argumentorum & testifica-
tionis inefficacis scribit, ijs ego, vt, laus Deo, honestus
ex nobilitate vñus, tam non possum conuinci, quā si in-
super sublatis digitis, argumenta illa, in lectulo, in quo
moriens decumiberet, & si etiam anima ei in labris iam
federet, contestari vellet, Quæ tamen nullo modo ad
laudatissimi Comitum ordinis atq; dignitatis existimati-
onem diminuendam dicta sed ita accipi volo, quod sola
vnius hominis vox eiusmodi esse, cui contradici & quæ
refutari non possit, non debeat haberi. Atq; iterum hoc
repetensq; dico, non contumelia quemq; afficiendi ani-
mo, sed nobilitatis meæ honoris defendendi cauſa &
sicut in literis meis similiter significauit, quod Comes ille
crimen hoc in me configat, quemadmodum hoc in su-
perioribus literis meis, quarum modo mentio facta est,

T 5 hoc

hoc ita ut res postulat explicavi, Et si comes tam bonam
se caussam habere existimat, non debet cognitionem re-
formidare, quod si tum verum illud crimen esse conuin-
ceret, iam sum in literis meis auditus, quid de me rece-
perim, Si minus haec vera esse probare posset, pro eo
ille tum viro merito habendus esset, qui ad pauperculos
homines falsis criminibus, contra quam fas est, grauan-
dum propensus esset, Præterea Comes ille quosdam ho-
nestos ex nobilitate homines huius rei testes citat, qui az-
perte dicunt, quod hoc in ipsos confignat, quodq; nuncq;
hoc audiuerint, multo minus cum diceretur affuerint,
atq; offerunt a se quod tam verbis quam manu probare
velint, Comitem ipsis hac in parte iniuriam facere, neq;
dubitabunt hoc coram summis & infimis aperte prolo-
qui. Quare Comes, & ut quæ honesti ex nobili-
tate homines referunt ipse audire posset, tanto mi-
nus quo cognitio publica fieret, in mentem sibi ali-
quid venire pati deberet, Quod vero assert me proscrip-
tum esse, ideoq; non decere se disceptationes mecum
fuscipere, aut diem his condicere, ex eo rursus, quo ani-
mo quaue sententia prædictus sit, facile est aestimare, si
enim pro eiusmodi proscripto me habuit, qui ut proscrip-
beretur culpa aliqua aut facinoribus suis meritus fuisset,
sane non decurit eum me hoc tempore proscriptionis
meæ ad se domum inuitare, id quod fecit, liberumq;
commeatum & receptum tutum, in omnibus dominibus
& ditionis suræ locis, nihil proscriptionis nomine dubi-
tans, mihi policeri, cum tamen nullo vnq; vitæ meæ
tempore mea caussa, apud ipsum, aut ditionis ipsius do-
mibus aut locis, ut receptum haberem vel aliquid om-
nino subsidij, ab ipso petiuerim aut quæsierim. Quid
vero de hoc sentiendum sit, honestioribus consideran-
dum permitto.

Præ-

Præterea si ad causam cognoscendam deueniretur, tum
nimirum planum esset futurum, Ego ne an Comes
Prin. Elect. Excelsitati obtrectasset, aut existimationem
eius verbis læsisset, quibus acquiescens nihil addo in
præsentia, atq; nunc etiam ad veram commemorationē
antea literis a me de his rebus factam & transmissam,
quod ad singula capita attinet, hæc refero. Qræ omnia
ego constantib. & veris rationib; probare scio. Id quod
V. C. in præsentia ad subiecte de re docendam cælare
non debui, eiq; me simul subiecte commendo, &c.

V. Cels.

Subiectus obediensq; consi-
litarius & minister

Vuylhelmus a Grumbach,

CHarta B. pagina versa, versu a fine 5. lege Iohan-
Frid. Pater Elect. Charta C. vers. 17. lege Prin.
Elect. Sax. C. 3. V. penult. lege , quidam. E. 4. V. 6.
lege Vngarico. F. 2. V. 15. lege præfectura, pagina vers.
V. 17. dele, &, G. 4. versu a fine septimo mentio fit par-
tis Vuimariensis, hæc est ea pars terrarum Ducum Sa-
xonie quā hodie habent Ducis Iohan Friderici primi fi-
lij & nepotes superstites, Sicut altera pars , quam posse-
det, Prin. Elector Augustus &c, pars Dresdensis, in di-
uisione facta sub Duce Alberto & Ernesto , cognomi-
nata fuit. H. 2. v. vlt. lege Electoris. H. 4. V. 6. lege fa-
cultatum, & vers. 23. lege, ipsa sese refutent & pu. &c.
L. 2. vers. pag. vers. 5. & vers. 6. mentione serti rutæ &
a quilibet rubræ alluditur ad insignia familie Saxonice &
March. Brandenburg. ex quib. illa rutam habet, & hæc
a quilibet. K. 3. v. 6. suppetiasq; N. 2. pag. vers. versu a fi-
ne quarto lege, parcere velit, Q. 2. vers. 23. pro

præbeat lege præbere,

FINIS.

OCN 65909344

1. The author has written his name in French, "Pierre G. Léveillé",
in the upper left corner of the page. The name appears
in two lines, with "Pierre" on the first line and "G. Léveillé" on the second.
Below this, in the center of the page, is a large, faint watermark.
The watermark contains the text "BIBLIOTHEQUE NATIONALE DU CANADA" in
a decorative, serif font, surrounded by a circular border.

2. The author has written his name in French, "Pierre G. Léveillé",
in the upper left corner of the page. The name appears
in two lines, with "Pierre" on the first line and "G. Léveillé" on the second.
Below this, in the center of the page, is a large, faint watermark.
The watermark contains the text "BIBLIOTHEQUE NATIONALE DU CANADA" in
a decorative, serif font, surrounded by a circular border.